in potestate ratione dotis: vt est tex. in l. pomponius filadelfus. ff. fam. l. hercis. tamen secundum do. Florianum boñ. ibi illud est verum quando pater processit ad traditionem: secus si non processisset ad traditionem allegat glo. in l. cum de in rem verso. ff. de vsuris. si ergo nõ vz hec cõstitutio dotis ratione põis ipsi⁹ filie vel filiarum ergo nec etiã rõne alioz fratrũ vt vna determinatio respiciẽs plura determinabilia vniformiter ⁊ equaliter determinet. l. iã hoc iure de vul. ⁊ pupil. l. quãuis. C. de insti. ⁊ substi. cũ defectus traditiõis ita subsistat ad inualidãdã donationẽ in extraneis quemadmodũ ⁊ in pñe. l. traditionibus. C. de pactis ⁊ maxime ẽt stãte q̃ dixit prime cõsulens domin⁹ Bartolomeus doctor insignis: allegãdo pau. de castro consil. xv. qđ est in ordine meo. xviij. Et incipit si domina cornelia. ⁊ Bal. consi. incipiente Petrus ⁊ Ioan. fratres carnales. ¶ Pro hoc † facit quia iste filie pro quibus fuerunt constitute dotes non sunt tradite nuptui. Sed solum pecunia societatis pro ipsis fuit posita in monte cõmunis florentie nomine dictarum filiarum ⁊ non tradita ipsis filiabus. Quo casu sola descriptio quam fieri facit pater fratribus consentientibus non inducit traditionem: vt voluit no. Petrus de ancha. in similibus terminis consi. xxxj. incipit subtiliter ⁊ copiose vbi voluit quod si procurator mariti transtulit debitum domini in personam vxorum nõ censetur tradidisse etiam marito ratum hñte. Nec confirmatur morte cum illa descriptio nõ habeat viz traditionis vt ibi late per ipsuz Et sic lex papi. ff. de donatio. inter virum ⁊ vxorem. Hoc casu secũdum ipsum non habet locum. Si ergo nulla fuit facta traditio: ergo adhuc dominium remansit in societate ⁊ in communione: ergo diuidendum. Et sic videtur qđ isto casu non sit tractandũ vtrũ debeat pater sibi imputare cum sit etiam in societate: ⁊ non transiuerit ad filias postquam nondum sunt maritate. Dos enim presupponit matrimoniuz. l. fi. C. de dona. ante nuptias: quod in presenti non est. ¶ Accedat ⁊ tertio † quod voluit Ludo. consilio. ccxcj. incipit omnipotentis dei implorato suffragio: cum isti fratres lucra ⁊c. vbi dicit qđ si socius omnium bonorum facit de creditis montis instrumentum cantare in personam filiorum. vel vxoris quod si sint filijs tradita tunc donatio illa morte vel emancipatione confirmatur. l. filius cuius. C. famil. hercis. l. ij. C. si quis alteri vel sibi cum similibus ⁊ viuente patre secundum ipsum est nulla. l. ij. C. de inoffi. dona. ⁊ in filios dominium dicti crediti non transit ergo remansit in societate: ergo communicandum vt ibi plenissime per ipsum qui dicit q̃ si pater filio non tradidit videtur nomen filie tantum in instrumento accommodasse sibi quo ad dominium ⁊ possessionem. l. j. C. de castrẽ. pecu. lib. xij. vel filiis ascripsisse: vt in peculiũ haberent. l. fi. de peculio legato. bar. in l. si pater. ff. de donatio. ergo communio fieri dz inter fratres cum in peculium † concessum sit ad nutum concedentis reuocabilis. l. peculium est ⁊ l. non statim. ff. de peculi. legat. ¶ Quarto ⁊ vltimo dubium reddit me: quia in descriptione facta in monte non presupponitur filias fuisse presentes nec aliquis nomine suo stipulationem vel promissionem recepisse: quod si ita est nulli dubium ẽm pe. de ancha. in consi. preallegato qđ cum frater patris vt dicitur posuerit dictas pecunias in monte ⁊ non stipulatus fuerit filiabus dicti fratris eius neptibus vel posito q̃ stipulatus fuerit ex stipulatione sua nullum ius fuerit quesitum ipsis filiabus. l. stipulatio ista. §. alteri. ff. de verbo. obli. ⁊ in §. alteri. insti. de inuti. stipu. ergo talis consti. pecunie pro dote non est quesita ipsis filiabus: ergo est ⁊ remãsit in societate. ⁊ sic venit diuidenda. ¶ His tamen non obstantibus firmissime teneo qđ supra scripti consulentes tenuerunt vt dotes ille videantur cõstitute de cõmuni per iura rões ⁊ auctoritates pro hac parte eleganter per ipsos in medium adductas. Et vt mihi dicit ⁊ psupponit qđ frater fuit ille qui nomine suarum neptum dedit pecunias societatis Et describi fecit in credito montis neptes creditrices ⁊ non fuit pater filiarum. Et sic non solum affuit consensus fratrum consentientiũ vt dotaret de cõmuni: sed immo frater qui vellet imputare patri filiarum fuit ille qui dedit illas pecunias cõi mõtis florẽtie. Et venit ipse florentiã ⁊ fecit fieri scripturã. Quo † casu succedit tex. l. j. §. Accedit. C. de rei vxo. act. ⁊ illud qđ copiosissime dixit famosissimus doctor dominus Bartolomeus sozinus q̃ extraneus hoc est omnis ille qui non hz filiam in potestate. l. j. §. extraneuz. eo. titu. vt est casus noster dans dotem pro filiabus alterius videt potius donasse quã habuisse animum repetendi. Et ita cõiter tenent docto. in l. fi. C. de dotis promissione: ergo non potest dictus frater velle q̃ dicte pecunie cedant in portione patris filiarum facit. l. si seruus cõmunis de dona. inter virũ ⁊ vxorẽ ⁊ saly. in d. l. fi. ⁊ abba. i c. nonne. de prescriptio. ⁊ ibi plene per do. Cardi. cum ille non fuerit simplex consensus. Sed immo fuit actus positiuus iuxta l. si filius. ff. ad macedonia. ⁊ Bar. in l. quo enim. ff. rem ratam haberi. ⁊ in l. que dotis. so. mat. ¶ Secundo cõprobo istud auctoritate bal. in l. fi. C. de dotis promissione: vbi dixit qđ si sunt duo socij: ⁊ vnus dotat filiam alterius vtrum intelligatur dotasse animo repetendi ita q̃ in diuisione societatis possit imputari: ⁊ dicit colligendam esse solutionem ex na. in l. si socius p filia. ff. p socio. Sed si pra est conclusum per suprascriptos consulentes dictam l. si socius pro filia non habere lo. um in socijs oium bonorum: ergo vr̃ q̃ non debeat imputari patri ipsarũ filiarũ. Et sic bal. dicit, totũ pẽdere ex intellectu dicte legis que plenissime p cõsulẽtes est declarata. ¶ Tertio faciat † q̃ dñiuz dictarũ dotiũ sit q̃situm ipsis filiabus eo ipo q̃ sunt creditrices in mõte: fratre patris dãte dictas dotes. Quia vt voluit Bal. in l. solutionibus. C. de rei vendicatio. licet per extimum ⁊ catastrum non probetur dominiũ alicuius dicta. l. solutionibus. Illud est verum nisi in preiudiciũ facientis fieri ill scripturam. allegat tex. in l. censualis. C. de donationibus. Et ideo dicebat Bart. in l. iura. C. de agri. ⁊ censi. lib. xj. ⁊ Ludo. consi. cclxxv. Quo ad primum ⁊ consi. ccxcj. cum isti fratres per illum tex. singu. que lex facit contra fratres qui fecerunt se tantummodo in instrumẽtis emptionum prediorum nominari ⁊ postea predia reperiuntur in catastro descripta eis ⁊ fratribus: ⁊ sic communiter tributa sunt soluta. nam dominium est quesitum ipsis fratribus sicut ipsis quos tenor instrumenti designat: quia quamuis descriptio de re alicuius eo ignorante in catastro nomine meo facta: solutaq̃ tributis. pro ea in me illius dominium non transferat dicta. l. si solutiõibus. tamen si scientia cum patientia domini concurrat dominium acquiritur alteri per dictam l. censualis. Et sic in preiudicium facientis scribere dominiũ transfertur in eũ in quem est facta scriptura. Cũ ergo frater patris puellarum qui vellet patrem imputare in portionem suam posuerit pecuniam societatis supra montem florẽtie pro constituendis dotibus filiabus fratris sui ergo dominium illarum pecuniarum transitum fecit in filias dicti patris. Et presumitur fratrem dedisse animo donandi: nõ aũt repetẽdi p dictũ §. accedit. ¶ Non obstãt allegata † in contrariũ. Et primo q̃ nõ interuenerit traditio: iuxta gl. d. l. cum de in rem verso. Quia rñdeo ẽm flor. in d. l. pompo. filadelfus: quod ista equiparant q̃ interuenerit traditio vera vel illud qđ habeat viz traditionis allegat no. in l. ij. C. de dote cau. non numerata: sed in casu nostro interuenit quasi traditio. quia frater dando pecunias societatis ⁊ faciendo describi nomina neptum suarum: huiusmodi patientia cum tali traditione pecunie habet vim traditionis: facit qđ habetur in l. si quis. C. de donatio. ⁊ in c. ij. de consuetudine. Et maxime in psõis nõ prohibitis donare: vt voluit Cy. ⁊ Bal. in l. j. C. de donati. ante nup. ⁊ sic idem operatur ficta traditio qđ vera. d. l. ij. C. de dote cautis. Et ibi Ang. item in donationibus prohibitis habet locuz. d. l. pap. ff. de dona. inter virum ⁊ vxorẽ non permissis ẽm Cy. ⁊ Bal. ⁊ albericum de rosa. in d. l. qđ de suo. que est. l. ij. C. de dote cau. non nu. ¶ Preterea vt dixi pater nõ fuit ille qui dedit dictas pecunias societatis sed fuit patris frater qui omnes dictas pecunias scribi fecit ad computum: ⁊ ad creditum suarum neptum. Et sic in nullo peccat iste contractus: ⁊ respectu patris qui potuisset cõstituere dotem pro filia. d. l. pompo. filadelfus: ⁊ etiam rõne fratris. d. l. j. §. accedit. ⁊ l. si seruus. ff. de dona. inter virum ⁊ vxorem. ¶ Nõ obstat qđ dicit qđ iste filie nondum sunt tradite nuptui: ⁊ dos psupponit matrimoniũ. l. fi. de dona. ante nup. Et sola impositio i mõte florentie non inducit traditionem: ergo remansit in societate secundum pe. de ancha. vbi supra consilio. xxxj. ¶ Quia respõdeo primo qđ illa pecunia exiuit dominiũ societatis: ⁊ illius solius est in quem cantat scriptura. lex enim ⁊ statutum potest dñium ⁊ possessionem in alium tranferre sine aliqua traditione. c. cũ contingat ⁊ ibi Bal. ⁊ docto. de dolo ⁊ contumacia. l. quamuis. ff. de bonis auc̃to. iudi. pos. ⁊ c. ij. de consuetudine. Et illa descriptio facta ad creditum neptum preiudicat ipsi fratri qui fecit fieri dictam scripturam vt no. Bal. in d. l. in solutionibus. Nec in casu pet. de ancha. interuenit traditio nec vera nec ficta: cũ domin⁹ non fecerit fieri dictam translationem crediti in personam vxoris sed fuerit procurator domini qui non habuit illam potestatem. Et licet † postea dñs ratum habeat ratihabitio non operatur traditionem cum nõ sint extrema habilia ⁊ ne plures fictiones concurrant circa idem. iuxta no. plene. p Bar. in l. si is qui p emptore circa fi. de vsucapionibus ⁊ l. j. C. de dotis promissione: vz qđ factum procuratoris censeatur factũ dñi ⁊ qđ ratihabitio operet trãslationẽ dñij. Et q̃ illa descriptio habeat vim traditionis facit q̃ no. Ange. in l. hec si res. ff. de rei vendica. ¶ Preterea satis dñr hmõi † filie dotate postquã sunt ei destinate dotes: etiã si nõ sint maritate vt voluit Bar. in l. titio centum. §. titio genero. ff. de condi. ⁊ demonstra. glo. in l. cuz in plures. ff. de admi. tuto. ⁊ Petrus de ancha. consilio. clxvij. pro veritate premittendum. Et Bal. in l. sancimus. C. de nup. ⁊ in l. qui filiũ vbi pupil. edu. debeat ⁊ l. pactum. de colla. ⁊ Ang. cõsi. lxxxij. Petrus. ¶ Non obstat q̃ voluit Ludo. in dicto consilio. cclxxj. Cu isti fratres Quia respondeo q̃ diuersus est casus. Nam hic loquimur in constitutione dotis que potest fieri per patrem filie in potestate d. l. pompo. filadelfus. Item non fuit pater qui cõstituit dotem illam: ⁊ posuerit i mõte: sed fuit patris frater q vt dixi sibi piudiciũ fecit eo q̃ fecit fieri scripturã illam secundum Bal. in d. l. si solutionibus.

nibus.⁊ sic in casu Ludo.tractabatur de preiudicio alioꝝ qui
non interfuerant illi scripture. Et sic aliorum sociorum: hic au-
tem non tractatur de preiudicio alicuius nisi illius qui fecit fie-
ri scripturam quo casu dico ꝙ sibi preiudiciū fecit huiusmodi
descriptionē faciendo vna cum patientia sua ⁊ actu positionis
13 pecuniarum. ¶ Non † obstat vltimum ꝙ dicitur filias nō fuisse
presentes: quia respon. ꝙ licet filie non fuerint presentes tñ ius
q̄situm est ipsis filiabus: quia statutum ⁊ consuetudo potest ope
rari vt quis alteri possit stipulari secūduꝫ Bal. in. c. que in eccle
siarum in penul. coluē. de consti. Allegat. j. q. vij. quotiēs. cordis
stante statuto ⁊ cōsuetudine ꝙ etiā absentibus puellis eis con-
stituantur dotes. Preterea fauore dotis est introductuꝫ vt etiā
extraneus possit stipulari pro extranea ⁊ eam mulieri reddi: vt
est tex. ⁊ ibi Bar. ⁊ communis opinio in. l. gaius. ff. sol. matri. et
ibi Jmola qui dicit consuetudine approbari: immo etiam si nō
stipuletur acquiritur sibi. l. j. C. de rei vxo. acti. ergo istud nō hꝫ
obstare. ¶ Ex quibus omnibus videtur clarissime cōcludēdum
prout concluserunt suprascipti clarissimi consultores dotes il-
las fuisse datas de cōi ⁊ non esse imputandas patri ipsarum fi-
liarum: rationibus ⁊ iuribus superius allegatis ⁊c. ¶ Et ita vt
supra per suprascriptos consulentes ꝯclusum est: puto iuris esse
Ego Hieronym⁹ de zanettis de bononia iuris vtriusq̧ doctor
iura canonica ordinarie legens: in famosissimo studio pisano.
Et in fidem premissorum propria manu subscripsi ⁊ scripsi soli-
toq̧ sigillo sigillaui saluo semper consilio saniori ⁊c.

Laus deo omnipotenti.

¶ Consilium septimum.

¶ Summarium.

1 ☞ Per aditionem hereditatis expirat substitutio vulgaris.

Omnipotens deus adsit ⁊ spiritus sanctus illumi-
1 net intellectum: in facto † presupponitur quod q̄dē
georgius quondam buonamoris suum vltimum so-
lēne condidit testm̄: in quo inter alia sic disposuit. in omnib⁹ au
tem aliis bonis meis mobilibus ⁊ immobilibus iuribus ⁊ actio
nibus buonamorē filium meum ⁊ Andream nepotem meuꝫ mi
hi heredes instuo vniuersales. Et in casu quo dictus Andreas
moreretur sine liberis ante etatem minorē: videlicet. xx. annoꝝ
tūc ⁊ eo casu substituo sibi heredē dictum buonamorē. Et sic cuꝫ
predicto testamēto prefatus georgius diem clausit extremum su
perstitibus ⁊ superuiuentibus ⁊ sibi supradictis buonamore fi-
lio ⁊ Andrea nepote legitimis ⁊ naturalibus: post cui⁹ morteꝫ
⁊ aditam hereditatē vt in puncto narraẗ decessit predictus buo
namore superuiuēte sibi p̄dicto Andrea. Deinde mortu⁹ est p̄di
ctus Andreas nullis sibi supstitibus filiis: superstite sibi Anto
nia sorore carnali vtrinq̧ coniuncta: vnde queriẗ in puncto trās
misso: vtrū p̄dicta Antonia vocetur ad hereditatē predicti An
dree. Circa quod quesitum oportet procedere scđꝫ doctrinā Jm
peratoris in. l. vt responsum. C. de transac. Nam in predicto pū-
cto nihil đr qui sint illi qui supersint volentes forte excludere di
ctā Antoniam. Neq̧ etiā dicitur vtrū buonamore superfuerint
aliqui filii: ⁊ ideo vt cōprehendamus casus possibiles ad hoc vt
petēti consiliū clare satisfiat facio istas cōclusiones. ¶ Prima cō
clusio sit ꝙ propter mortē buonamore qui fuit substitutus An-
dree morienti q̄ncūq̧ sine filiis legitimis ⁊ naturalibus qui buo
namore p̄mortuus fuit prefato Andree expirauit substitutio de
2 eo facta. Nā † per aditionē hereditatis expirauit substitutio vul
garis: vt in. l. post aditā. C. de impube. ⁊ aliis substi. Jtē etiam si
nō fuisset adita hereditas expirasset substitutio vulgaris ꝑpter
mortem substituti viuente instituto. vt est tex. in. l. totiens. ff. de
acqui. heredi. itē per mortē p̄dicti substituti p̄morienti institu-
to expirasset etiā substitutio pupillaris: vt in. l. q liberis. §. fi. et
l. sꝫ ⁊ si plures in principio. ff. de vul. ⁊ pup. ⁊. l. ex pluribus. ff. de
suis ⁊ legi. cū similibus. Jtem post pupillarē etatem ex quo sub-
stitutio fuisset effecta fideicōmissaria secundū ea que traduntur
in. l. centurio. ff. de vul. ⁊ pupil. ⁊ in. c. si pater de testa. vbi late di
xi: ⁊ secundum ea que traduntur in capitulo Raynutius. ⁊ in. c.
Raynaldus. de test. Similiter talis substitutio fideicōmissaria
per mortem ipsius buonamore fideicōmissarii substituti premo-
rientis p̄dictis Andree substituto silr̄ expirauit substitutio sua
C. de fideicōmissis. l. si in persona. C. de cadu. tollen. l. vnica. §. sin
autem sub conditione. ff. de leg. ij. l. miles. C. ij. ⁊. cum pater. §. he
reditatem. ⁊. ff. de vulga. ⁊ pupil. in. l. qui plures ⁊ no. in. l. j. C. de
his qui ante apertas tabulas cum similibus. ¶ Secunda princi-
palis conclusio sit si predicto buonamore superuixerunt filii qui
essent viui tempore mortis ipsius Andree prefati filii buonamo
re nullo modo vocantur ad hereditatem predicti Andree con-
sobrini eorum qui ab intestato decessit vigore substitutionis fa
cte predicto Andree de dicto buonamore. Quoniaꝫ in predicta
substitutione nulla fuit facta mentio de filiis ipsi⁹ buonamore:
sed dūtaxat de buonamore propter cuius morteꝫ expirauit sub-
stitutio predicta vt supra probatum fuit. ¶ Tertia conclusio sit
si ex predicto buonamore superuixerunt filii qui essent viui tem-
pore mortis Andree: ⁊ Andreas fuit nepos ⁊ buonamore fuit
vtrinq̧ cōiunctus: cum predicto Andree supuixerit etiā dicta
Antonia breuiter dico ꝙ pro dimidia predicta Antonia succe-
dit predicto Andree: pro alia vero dimidia succedunt filii predi
cti buonamore: quodcūq̧ fuerint masculi vel femine. vt in auc.
cessante. C. de legi. heredi. ⁊ in auc. de heredibus ab intestato. §.
reliquit. ⁊ in auc. vt fratruꝫ filii. §. j. Quoniā hic fuit error eo ꝙ
buonamore ⁊ Andreas non fuerūt fratres sed buonamore fuit
patruus ⁊ Andreas nepos. Quare cum Andree supfuerit An-
tonia soror vtrinq̧ coniūcta Et Katherina cōsobrina filia buo
namore: indubitatum est Antoniam excludere katherinam vt
dicta auc. cessante: ⁊ in iurib⁹ statim allegatis. Marianus So-
zinus scripsit ⁊ suo annulo signatorio sigillauit. ¶ Quarta ꝯclu
sio sit si non supersunt filii predicti buonamore nec superest ma-
ter aut auus vel auia predicti Andree non supersunt intellige-
re vellem quare Antonia non succedat Andream in totū. Laus
deo omnipotenti amen ⁊c.

¶ Consilium octauum.

¶ Et est in eadem causa.

¶ Summarium.

1 ☞ Minor. xxv. annis aduersus aditionē restitui potest rema-
net tamen heres.
2 Jtem ex quo habitauit in domo hereditaria ⁊ etiam q̄r mediā
te curatore exegit creditores hereditarios.
3 Adire hereditatem non potest pupillus nisi cum autoritate tu-
toris etiam lucrosam ⁊ nu. 4. ⁊. 5.
7 Existētia sui heredis cessat ex quo datus fuit substitutus.
8 Substitutio vulgaris vel coheredis extrāei datio nō impediūt
transmissionē.
9 An hereditas paterna non adita vigore suitatis transmittaẗ.
10 Jurans stare sententie ⁊ non contrauenire intelligitur iurare
de equa non de iniqua.
11 Statutum prohibens omnē exceptionem non intelligitur ꝑhi
bere quominus possit quis implorare officium iudicis.
12 Statutum remouēs remedia intelligitur nisi proueniant ex ca
pite alterius statuti.
13 Laudū latum die feriata in honorē dei an sit nullum

Omnipotens deus adsit: Et spiri-
tus sanctus illu
minet intellectum. Post redditu a me cōsilium du-
plex orta est dubitatio. Circa ea que conclusa fuere
in precedēti consilio. ¶ Prima quia conclusum fuerat quod im
mediate georgii cui successerit Andreas antonia eius soror erat
potior in successione q̄ꝫ katherina filia buonamore fratris predi
cti georgii: ⁊ per consequens katherine. l. j. cum materia. C. quā-
do non petentium partes ⁊ in. l. ex testamento. C. de impube. cū
vulga. Sed hoc minime refragante ex plurimis ostenditur in
conuincibiliter quod predicta antonia est potior. ¶ Primo hoc
procedit sine dubio si predictus andreas erat maior quattuorde
cim quando mortuus fuit ex duobus. Primo ex forma statuti
volentis quod si quis infra. xxx. dies non refutauerit vel se ab-
stinuerit ab hereditate ascendentiuꝫ certa forma ibi tradita q̄ꝺ
1 censeatur heres: nam † ⁊ si minor. xxv. aduersus aditionem pos-
sit restitui tamen remanet heres. l. ⁊ si sine. §. sed quod papinia-
nus ⁊ in. l. iij. §. scio. ff. de minoribus ⁊ in. l. j. C. si vt se ab heredi.
2 abstineat cum similibus. ¶ Secundo de † iure communi ex quo
habitauit in domo hereditaria. l. prima ⁊ ibi per Bald. ⁊ alios
C. de repu. vel absti. heredi. et per Cynum. ⁊ Baldum latius in
l. j. C. qui admitti. ⁊ per Bartolum in. l. gerit. ff. de acqui. heredi
tate. Jtem quia mediante curatore exegit creditores heredita-
rios ex quo licite non potuisset exigere nisi tanq̄ꝫ heres iuxta ple
3 ne not. per Bartolū in. d. l. gerit. ¶ Secūdo † p̄ricipaliter hec opi
nio ꝑbatur: dato quod predictus andreas mortu⁹ fuerit in pu
pillari etate: ex eo quia si pupillus non possit adire hereditateꝫ
solus nisi cum auctoritate tutoris etiam lucrosaꝫ vt in. l. potuit
vbi per Baldum ⁊ alios. C. de iure delibe. ⁊ insti. de aucto. tuto.
§. neq̧ per Cy. Bald. ⁊ alios in. l. quod fauore. C. de legibus: tñ
si probaretur q̄ꝺ predicta hereditas non erat grauata debitis: ⁊
quod non solum lucrosa erat sed etiam opulenta: quia non ha-
bebat onera: ⁊ quod iudicaretur opulenta non respectu quanti
tatis bonorum quia etiam decem aureorū posset dici opulenta:
tunc etiam ipse pupillus potuisset solus adire. Et per cōsequēs
per actus de quibus supra que inducūt aditionē fuisset inducta
hereditatis aditio glo. est singularis in. l. si quis mihi bona. §. si
seruus fisci. ff. de acqui. heredi. quā ibi approbāt ⁊ cōmēdat An
ge. ⁊ paulus de castro. Et idē tenet paulus de cast. in. d. l. potuit
⁊ idē tenet do. raph. de cumis in. l. pupillus. ff. de acqui. heredi.

Et hoc esset clarum fundamentū si probaretur q dicta heredi
4 tas erat sine veratione. ¶ Tertio principaliter hec † opinio cō∗
firmatur. Nā licet cōmuniter docto. soleant dicere qd pupillus
nō potest adire hereditatē nisi mediante solo tutore non autem
sufficiat auctoritas tutoris argu. l. cū in vno. §. tutor. ff. de appel
la. vt cōcludit Bal. in. d. l. potuit in tertia questione: qr eius offi
cium ad id non se extēdit: quia extra ordinē datur ⁊ non nisi ex
cā. l. curatorē impuberi. ff. de tuto. ⁊ cura. datis ab his. predicta
sunt vera quādo pupillus haberet tutorē: secus si nō habet tuto
rē: ⁊ dat⁹ eēt sibi curator q iterdū ɔtingit put ɔtingit in termi∗
nis nrīs. d. l. curatorē. Nā tūc talis curator eandē potestatē vide
tur habere quā habet tutor ita concludit Pau. de castro in. d. l.
potuit. ¶ Quarto principaliter hec opinio cōfirmaẛ. Nā licet di
ctus Andreas non adiuisset hereditatē: tū ex quo tempore quo
mortuus fuit non viuebat buonamores: tūc in hereditate geor∗
gij immediate meliora iura habent q̄ Katherina que iam cōse∗
cuta est medietatē mediante persona buonamoris vt insti. de he
re. que ab intestato. §. j. ⁊ in auc. de heredi. que ab intestato. §. j.
Et hec ꝓcedunt si dicamus testīn destitutū vel ex nō aditione. fi
liorū vel ex preteritione tā neptis q̄ filie: quibus nihil pro dote
relinquit iuxta. l. j. ⁊ que ibi habentur. ff. de iniusto rupto. ⁊ irri.
5 testō cū similibus. ¶ Ultimo hec opinio † confirmaẛ etiā manife
ste. Naʒ licet predictus Andreas nō adiuerit hereditatē patris
sui tū transmisit ius adeundi ad omnes suos heredes etiā extra
neos. vt est casus in. l. si fratris. C. de iure delibe. vbi per Baldū
⁊ alios legentes ordinarios: ⁊ per Barto. in. l. ex militari. §. fi. ff.
de mili. testa. ⁊ p bar. Imo. Ang. ⁊ moderniores in. l. vētre. ff. de
acqui. heredi. ⁊ in. l. si filius heres. ff. de lib. ⁊ posthu. ⁊ per conse
6 quens † vigore iuris adeūdi ad se transmissi predicta Antonia
admittiẛ ad hđitatē georgij ꝓ medietate delata andree: ⁊ hoc
ex quo vigore cuius trāsmissionis pdicta antonia excludit quos
cūq3 coheredes ⁊ substitutos quia coheres ⁊ substitutus admit
tuntur. Si institutus nō erit heres q intelligitur vel si aliū here
dem nō fecerit prout est in terminis nostris: quia licet andreas
nō fuerit heres: tū aliū heredē facit illū ad quem trāsmittit ius
adeūdi q adit hereditatē ex psona eius. ⁊ per cōsequēs a cohere
de cessat ius accrescēdi ⁊ in substituto substitutio qd est forti⁹ ar
gumento. l. si pr̄. ff. de here. insti. Et pro his est casus in. l. j. C. de
his qui añ apertas tabulas ꝭm q exponebāt Ricar. malū. dum
ter. dicit aliosq3 aduersus exponebat ipse alios. s. substitutos et
cōiunctos ad idē ter. in. l. si qs filiū. ff. de acqui. here. secūdo rñso
si hū cōtinueẛ ⁊ hāc opi. tenet expresse bar. in. l. j. ff. de vulg. ⁊ pu
pil. quā ibi sequunẛ imo. ⁊ moderniores. Et idē legētes in. l. si
7 fratris. C. de iure delib. vbi est casus de coherede. ¶ Nec obstat †
si dicaẛ q ex quo datus fuit substitut⁹ q cessat existētia sui here∗
dis: qr videẛ data lnia abstinendi vt est casus in. l. si filius heres
ꝭm vnū intellectū. ff. de lib. ⁊ posthu. Tradiẛ in. d. l. si fratris: et
per Bar. ⁊ alios in. d. l. j. ff. de vul. ⁊ pup. ⁊ in. l. in suis. ff. de lib.
⁊ posthu. ⁊ per consequēs vigore suitatis nō potuerit fieri trans
missio. Nā ad hoc respōdeẛ clarissime dupliciter. primo q illud
est verū qñ testator simpliciter fecit substitutionē vulgarē ⁊ non
fideicōmissariam. Secus vbi etiā fecit fideicōmissariā prout est
in terminis nostris qr substituit Andree si decesserit sine filijs
añ etatē. xx. annorū. vt patet ex plene no. per bar. in. l. cēturio. ff.
de vulga. ⁊ pupil. et per Bal. ⁊ alios in. l. pcibus. C. de impub. et
alijs substi. ⁊ p canonistas in. c. si pater: de testis in. vj. ⁊ in. c. ray
nutius extra de testamentis. hoc voluit singulariter bal. in. l. nō
iustā. C. ad trebel. vbi dicit no. limitationē multarū legum. Naʒ
omnes leges que dicunt q cessat existentia sui heredis dato sub
stituto vulgari vel extraneo coherede cessāt. Si testator fecit sub
stitutionem fideicōmissariā: vt ibidem latius p eum. ¶ Secūdo
8 respondetur † q datio substituti vulgaris vel coheredis extra∗
nei non impediunt transmissionē quia quo ad hoc non tollunt
existētiam sui heredis: vt est casus in. l. si fratris. C. de iure deli.
⁊ ibi per Bal. ⁊ alios ⁊ in. d. l. si filius heres per moderniores. Et
9 hec procedunt nō solū in maiore s3 etiā in ipso infante: nā licet †
⁊ glosarum ⁊ antiquorū varie fuerint opiniones. Nunquid in∗
fans trāsmitteret hereditatē paternā nō aditā vigore suitatis p
casum. l. si infanti in principio. C. de iure deliber. tū cōis opinio
modernorū est q transmittat vt ibi dicit bal. ⁊ hanc ibi firmat
Bar. per pulchras rationes secundū quā dicit se sepius consu∗
luisse: ⁊ ita sepius iudicatū fuisse: al's enim esset deterioris cōdi∗
tionis infans q̄ adultus qd esse nō debet cū nihil possit infan∗
ti imputari. Et hanc opinionē sequuntur moderniores legen∗
tes i. d. l. si infanti quā dicit Paulus de castro esse cōem ⁊ serua∗
ri bononie ⁊ florentie. ⁊ ideo ab ea nō esse recedendū: ex quibus
fine pluribus stat cōclusio q etiā si predictus andreas nō adiuis
set hereditatē tamen ex psona eius potest pdicta antonia adire
vigore iuris adeundi ad eā transmissi: ⁊ excludere quoscunq3 et
coheredes ⁊ substitutos vnde mirandum est de dictis arbitris q

contrariā quasi tulerunt sniam ⁊ hoc quo ad merita cause. ¶ Se
10 cunda sit dubitatio † nū quid predicta antonia possit petere lau
dum contra se latum reduci ad arbitrium boni viri: tum ex eo
qr ꝓmiserūt non venire contra ⁊ iurauerunt sub pena: tum ob∗
stante statuto dicente q debet mitti laudum executiōi omni ex∗
ceptī. remota. Et clare dicendū est. q sic non obstante pene pro∗
missione ⁊ iuramento quia licet quis iuret stare sententie ⁊ non
contrauenire snīe intelligitur de equa non de iniqua. l. si libert⁹.
ff. de operis libertorum Ita concludunt Dy. ⁊ Joā. an. in regu∗
la sciēti extra de regu. iur. in. vj. idem oldra. consilio. clvj. idem
Inno. ⁊ moderniores in. c. quintauallis extra de iureīrādo spe
cu. ⁊ Joan. an in titu. de arbi. §. sequitur ver. quid si cōpromissi.
Bald. in. l. cum autē. C. de arbitris. ⁊ ibi per Saly. in auc. sacra∗
menta puberū. C. si aduer. vendi. ⁊ per Pe. de ancha. in questio
ne que incipit cum. c. laycus ⁊ Fede. de senis concilio. cxlv. ⁊ per
Jo. de ligna. in cōsilio q incipit quedam domina Johāna per
Bal. in. l. fi. C. de non nume. pecunia per Bar. in. l. si societatē. §.
arbitrorum. ff. pro socio ⁊ in. l. quidam cum filiū. ff. de verb. obl.
11 ⁊ ī alijs plerisq3 locis. Nec obstat † statutū supra allegatū q vult
q executioni mandaẛ omni exceptione remota quia ad hoc rñ∗
detur dupliciter. primo q statutū prohibens omnem exceptio∗
nē nō intelligitur prohibere quominus quis possit implorare
officium iudicis: vt concludit no. bar. in. l. j. §. j. ff. qd vi aut claʒ.
⁊ idē bal. ⁊ Ang. in. l. plane. ff. de petitiōe hereditatis. ⁊ idē bal.
in. l. fi. eo titu. Et hec opinio maxime procedit quādo sic nō pos
set implorare officium iudicis pars aduersa locupletaretur cuʒ
aliena iactura vt concludit post plura do. Jo. de imo. in. l. fi. ff. a
quibus appellare non licet prout est in terminis nostris cū ista
antonia fuerit valde lesa. ¶ Secundo rñdeẛ q talis reductio ꝓ∗
mittitur ex forma alterius statuti positi sub rubrica de appella.
Circa ꝭm quod est intelligendum predictum statutū remouens
12 excep. vt iura iuribus concordētur. l. j. de inoff. dotibus. Et qr †
statutum remouens remedia intelligitur nisi proueniant ex ca
pite alterius statuti prout est in terminis nostris cum aliud sta
tutū permittat reduc. ita concludit no. Bar. in. d. l. j. §. j. per illū
13 ter. ⁊ Cy. sali. ⁊ alij in. l. ita pudor. C. de adulter. ¶ Postremo †
predictum laudum potest dici nullū ex eo qr fuerit latū die feria
ta in honorē dei quo tempore non potest procedi: vt patet ex ipso
se in statuto de appella. q l3 remoueat oēs al's ferias non remo
uet ferias in honorē dei. Nec statutū potuisset tollere si voluisset
secundū albe. de rosato in. l. omnes. C. de ferijs. Laus deo omni
potenti. Amen.

¶ Consilium nonum.

¶ Hec est quedam particula eiusdē cōsilij domini Jo. Bap. de
cacialupis de sancto seuerino.

¶ Sūmarium.

1 ¶ Uestimēta an cōputari debeant inter ea que vsu cōsumunẛ.
2 Cautio qualiter prestanda sit in mobilibus.
3 Usufructuarius debet cauere de vtendo et fruēdo arbitrio bo∗
ni viri: ⁊ de restituendo qd supererit finito vsufructu.

1 Postremo † superest dubitatio qua
liter in mobi∗
libus sit prestanda cautio: in qua questione dubia et
obscura. Est aduertendum qr quantū ad supellecti∗
lia existentia in domo quorum vsusfructus eidem dñe relictus
est de quibus disposuit testator fieri inuentariū et non estima∗
tionē. Sed quod supererit post mortē ipsius dñe Jacobe dēbeat
2 restitui heredibus. ⁊ non vltra: dico aduertēdū esse † qd ista su∗
pellectilia possunt esse diuerse qualitatis. Nam quedā vsu consu
muntur vt vestimenta lanea ⁊ linea ⁊ hmōi que cōsumunẛ vsu ⁊
nō recipiūt functionē in genere sui: ⁊ pro istis relictus sit vsufr.
debēt estimari: ⁊ caueri de estimatione restitueda vt probare vr
ter. expresse insti. de vsufr. §. cōstituiẛ vbi vestimēta inserunẛ iter
ea q̄ vsu consumūtur ꝓ quibus caueẛ vt supra. Et hoc q pro ve
stibus caueaẛ de estimatione reddēda: intelligēdo de vestibus
que vsu cōsumūtur ⁊ sunt modico tpe duratura: l3 Federicus de
senis consilio. xlvj. post Johānem paglarēsem quem ibi refert:
tenet etiā Jo. fabri. super glo. in dicto. §. cōstituitur ⁊. d. Petr
de pusio. ⁊ do. Anto. ⁊ Jo. de imo. sequūtur in. c. fi. de pigno. Et
ibidem do. Cardina. florentinus. ⁊ Ange. de pusio noiatim lo∗
quens de mobilibus ⁊ Arnesijs in cōsilio q incipit heres vbi di
cit q si cui relictus est vsusfructus rerū et arnesiū que vsu consu
munẛ prestita satisdatione de estimatione reddēda ⁊ debēt esti∗
mari cū sibi traduntur allegat. l. hac edictali. §. mobilium. C. de
3 secun. nup. q est bonus ter. ad hoc. ¶ Quedā sunt supellectilia †
que vsu non ɔsumunẛ facile. Sed minuūtur vsu longo ⁊ vetera
scunt ⁊ corrūpūtur: vt vegetes vestes longo tpe durature: qua∗
les sunt vestes quedā grecorū: dicit Azo. in summa. C. in titu. de
vsuf. quales et sunt in qbusdā partib⁹ vestes deputate ad specta
cula faciēda de quib⁹ exēplificat do. Car. florē. in. c. fi. de pigno.
dicēs q

dicens q tales habetur in ecclesia paduana vbi sunt aliq vestes de putate pro represētādo festo magorum τ herodis in die Epipha nie:quales etiam erant vestes Scenice:deputate pro apparatu lu dorum qui fiebant in scena de quibus vestibus scenicis loquitur tex.in.l.sed τ si quid.§.vestimentorum.ff.de vsufructi.Et pro istis rebus mobilibus que vsu longo minuuntur τ veterascunt qualia erant trapeta τ similia.Que cautio debeat prestari est pulchra in uestigatio Jo.plaglariensis vbi supra τ Federicus voluerunt qd caueatur de reddenda estimatione ipsarum rerum argumē.l.si vi ni τ olei.ff.de vsufru.ea.re.q vsu cōsu.τ ita intelligūt dicta Johā nis plaglariensis τ domi.Petrus de perusio τ do.Anto de but. in dicto.c.fi.de pigno.licet satis obscure locuti fuerint prefati Jo. paglariensis τ Federicus.adeo vt secundum do.Abbatem in di cto.c.fi.vix possit ex eorum responsis colligi certa ipsorum opinio Et hanc opinionem quod satisdetur de illarum rerum estimatio ne reddenda tenuerunt in dicto.c.fina.prefati do.Petr⁹ τ do.An to.de butrio.τ idem sensisse videtur domi.Jo.fabri in dicto.§.cō stituitur.¶Sed dominus Cardinalis in dicto.c.fi.dicit quod im mo esset prestanda cautio in istis sicut in rebus immobilibus scili cet de vten.τ fruen.arbitrio boni viri.τ de ipsis rebus restituēdis finito vsufructu.τ hoc sub dubio tamen dicit esse verius Joan.de imola in dicto.c.fi.vbi etiam dominus Abbas dicit quod ꝓ hac opinione videtur sibi quasi casus in.l.j.ff.vsufru.quemadmo.ca uea.si recte ponderetur.Nam ibi in principio dicitur qd vsufru ctuarius debet cauere de vtendo vel fruendo arbitrio boni viri:et de restituēdo quod supererit finito vsufructu.τ subicitur in textu q illa stipulatio habet locum tam ī rebus mobilibus q soli.i.im mobilibus:vnde coniungendo verbum mobilibus cum qualitate cautionis predecentis.quia promittit restituere quod supererit fi nito vsufruc.Satis colligitur quod idem iuris est de rebus immo bilibus τ de mobilibus que vsu non consumuntur sed minuūtur: vnde ibi tex.in fine postea facit specialem mentionē de pecunia:qr illa vsu cōsumunt̄:τ bona que vsu minuūtur:vnde iura que volūt vt estimatio prestetur loquuntur in rebus que vsu cōsumunt̄ vt in dicto.c.fi.τ in.l.si tibi olei.ff.de vsufru.earum re.que vsu consu.er go non debet extendi ad bona que vsu non consumuntur.Nam es set magnum preiudicium ipsi vsufructuario.Adducit idē doctor vnum bonum simile secundum eum.Nam si cōmodatur res q vsu minuitur damnū pertinet ad dominū non ad commodatarium.l. eum qui.ff.commoda.longe fortius deberet pertinere ad dominū τ non ad fructuarium damnū contingens sine culpa sua in dictis rebus.τ hoc dicit esse bene notandum.vult igitur do.Abb. quod prestetur cautio in dictis rebus sicut in mobilibus.ego in ista qd ne fui perplexus:tum quia videt̄ minus onerosum vsufructuario ipsarum rerum reddere estimationem ipsarū factā tempore tradi tionis quo fit vt solum commodū interusurīj preciȷ dictaꝝ rerum videatur legatum durāte vsufructu:quod videtur alienum a sano spiritu iurium.Sepissime enim testatores legant vxorib⁹ vel alijs coniunctis vsuf.massaritiarū τ supellectiliū:ergo opus erit quod estimentur τ caueatur de estimatione reddenda:quod esset dictis mulieribus onerosum τ forte inutile vt patet quandoq; ad sensuʒ τ satis equum profecto videretur q pro dictis rebus que vsu non consumuntur sed minuūtur:τ quarū dominium non videtur trā sire in fructuarium:caueatur eo modo quo cauetur pro rebus im mobilibus vt senserunt do.Car.τ Jo.de imola.τ do.Abba.nisi es set legatus vsufructus illarum rerum tanq̄ quantitatē.i.quia le gatus esset vsufructus rei estimate estimatione reddēda finito vsu fru.quo casu esset aliud indubitanter:vt insti.de vsuf.§.cōstituit̄ τ ita intellexit glo.in.d.l.sed τ si quid.§.τ si vestimentorum in glo sa prima.Quando vero simpliciter esset relictus vsufru.dictarum rerum que vsu longo minuūtur τ veterascunt equitas mihi sugge rit quod satisdetur vt pro immobilibus prout dixerūt do.Cardi. Joan.de imola τ domi.Abbas.Sed de mēte magis esse docto.in distincte loquentiū videlicet:q prestet̄ satisdatio de estimatione illarū reddenda:vt in.d.§.constituitur.τ.§.sequēti videtur casus: τ bene facit tex.in.d.l.si tibi olei.in vltimo ver.τ ita voluerūt Jo. fa.Jo.pagla.Federicus Ang.Pet.anto.de bu.τ sequaces.Nec vi det̄ tex.facere differentiā quo ad cautionem formalē inter res que vsu ꝯsumunt̄ statim vt vinū:oleū τ similia:τ res que vsu minuūt̄ vt vestimenta τ pāni τ similia immo equiparare videt̄:vt.d.l.j.ff.d vsufru.ea.re.que vsu.consu.vel minu.iuncta glo.in verbo minuū tur.τ in rubro illius si.est tex.bene facit in.d.l.hac edictali.§.mobi lium.nec obstat.d.l.j.ibi mobiles.ff.vsufr.quemadmo.caue. qm̄ re fertur ad res mobiles vel se mouentes vt seruos:iumenta τ similia que vsu non consumūtur:nec minuūtur de quibus in.l.iij.§.cōsti tuitur.ff.de vsufr.in quibus cadit verus vsufru.pro quibus puto satisdandū vt pro immobilibus:vt.l.sed τ si quid.§.mancipiorū. Cuʒ similibus reperio q vasibus aureis vel argēteis que ipso vsu non consumuntur prestatur satisdatio pretoria de vtendo τ fruen do arbitrio boni viri.l.si vasorum.ff.vsufru.quemadmo.caue.et

de illis restituendis finito vsufruc.vt ibi in gl.no.quia dominium non trāsit in vsufructuariū:vt ibi dicit tex.Pro vasib⁹ autem que vsu minuuntur τ veterescunt prestatur cautio senatusconsulti scili cet vt estimētur τ caueatur de tanta pecunia restituenda:si fructua rius minuatur vt dicto.§.constitutis.Et expresse dicit glo.in.d.l. si vasorum quod in vasibus τ vestibus τ similibus que vsu minuū tur expresse determinat cautionem prestādam de estimatione red denda:quam glo.relatam ad tex.nullus allegat τ determinare vi detur questionem Federici τ aliorum discrepantium inter se vt p̄ dixi.Concludo igitur τ de mente iuris tandem esse puto quod de supellectilibus que vsu consumuntur vel minuuntur qualia sunt pānicularia seu pānimenta lanea vel linea τ vasa τ arnesia cōsum ptibilia vsu indubitanter est prestanda cautio estimatione facta τc.vt dicto.§.constituitur τ determinatur in glo.d.l.si vasorum et hoc videtur de mente docto.Pro istis vero suppellectilibus vel re bus que ipso iure non consumuntur qualia sunt vasa argentea vel aurea nūmismata τ similia que vsu longissimi temporis minuun tur seu veterescunt puto non exigendam cautionem senatuscōsul ti volentis rem estimari:debet cautione pretoria scʒ se arbitrio bo ni viri fruiturum τ finito vsufruc.restituturū:vt dicta.l.si vasorū vnde in vegetibus τ similibus putarem ex qualitate vasorū aliter τ aliter respondendum vt si quidem essent tales que essent duratu re longissimo tempore prout sunt vegetes grosse quibus vtuntur tusci que bene gubernate durarent centū annis vt experientia do cet.τ intellexi a magistris in arte peritis:τ tunc prestetur cautio q̄ prestatur pro immobilibus vt dicta.l.si vasorum.Si vero sunt te nues τ subtiles que vsu consumuntur non multi temporis:τ tunc prestetur cautio senatusconsulti estimatiōe facta τc. vt dicto.§.cō stitnitur.τ not.in.l.si vasorum.τ in alijs iuribus preallegatis hoc suadentibus.τ per hunc modum reducerē ad concordiā prefatos doctores qui videntur discrepare τ profecto nō dixissent aliud di stincte interrogati:ni fallor.Laus Deo.

¶Consilium decimum.

¶Citatio.An τ qualis requiratur in petenda τ danda dilatione Et q sententia lata spreta requisitione consilij sapientis dandi ex forma statutorum sit nulla.

¶Summarium.

1 ☞Citatio quando fit ad vnū certum et determinatū actum act⁹ sit diuersus in substantia τ qualitate nō valet dicta citatio.
2 Citatio generalis an τ qn̄ valeat τ nu.3.
4 In sententia debet iudex citare partem ad veniendū τ ꝯdicendū.
5 Clausula al's τc.quid importet.
6 Citatio simplex facta de eo qui ex forma statuti debebat citari vt p se vel alius ꝓ eo cōpareret an valeat.
7 Sub dictione al's τc.cōprehēdunt̄ alia verba q̄ sequi solēt ẜm sti lū τ cōsuetudinē τ naturā actus.
8 Dis citatio etiam vnita post litis ingressum cēset̄ esse pereptoria.
9 Citatus ad processum non est vlterius citādus ad interlocutoriā ferendā super processu.
10 Dilatio qn̄ datur an requirat̄ citatio partis.
11 Sententia lata spreta petitione consilij requisiti ex forma statuti an sit nulla.
12 Causa appellationis deserta an cēseat̄ deserta cā nullitatis q̄ spe cifice est intentata cū causa appellationis.

Insignis doctor et iudex iu stissime in causa Jo.de pontemulo contra Antoniū de morziona substantialiter loquar in dubitationibus mi hi transmissis.¶Circa primam dubitationē est diligēter aduertē dū quod duo sunt actus distincti τ separati.primus est petitio q dilatio cōcedatur.Secūdus est interlocutoria ipsius iudicis in cō cedendo dilationem.¶In primo qui est actus partis:puto esse ad 1 uertendum q aliquando †citatio fit ad vnum certum τ determi natum actum:τ fit diuersus actus in substantia vel qualitate τ nō valet dicta citatio.τ ita loquuntur Bar.in.l.aut qui aliter in prin cipio.ff.quod vi aut clam.Et ponit specu.in tit.de citatio.§.viso 2 ver.licet in die.Aliquando fit citatio †generalis puta ad causam τ tunc licet Paulus de leaza.in clemen.secunda vt lit.pēden.τ an ge.in.l.fi.C.de iur.do.impetrando.τ glo.in.c.si priuatis.xxj.qd.ſi. τ glo.in.c.iudicis hermānum.iij.q.ix.teneant quod minus valet citatio generalis.Sed debet continere certam τ limitatam causaʒ. Tamen in contrarium est casus in.l.consentaneum in ver.vt ꝓsen tiam sui faceret.C.quomodo τ quando iudex vbi dicunt Bald.et Saly.quod valet citatio ad causam seu ad acta.τ ita dicunt tene re Innocen.in.c.consuluit extra de officio delegati.Secus si in nu be aliquis citaretur vt compareret:vt quia tunc citatio tanquam indistincta non videtur tenere:vt not.Cynus in.l.quotiēs.C.de fi deicommissis.τ ita procedere potest quod notat Paul.de leaza.

et alijs in locis preallegatis. Et hanc opinionem tenet ang. in d. l. consentaneum. idem et voluit ang. in l. si pretor in principio. ff. de iudi. per l. consentaneum. ¶ Preterea paulus de leaza. i. dcã cle. ij. vt lite pendente loquitur in pria citatio. antequã aduersarius sit instructus dicit enim paulus q non valet citatio si dicatur q veni at de iustitia responsurus super fũdo: quia si diceremus valere talem citationem cum p eam inducatur litis pẽdentia esset dicere se cundum eũ quod penderet lex super omnibus fundis possessis a citato donec actor declararet quod esset absurdum. Et secũdum dictam opinionẽ loquũtur specu. et Jo. an. in ti. de citatione. §. con tra citatũ. v. item quod in eo nulla causa: secus qñ iam causa istru cta actor fecit reũ citare seu reus actorẽ q veniat ad videndum su as petitiones et pductiones fiendas facientes ad causã: quia talis citatio debet valere p tex. in d. l. consentaneum cum ibi no. q non dr nimis generalis: Et satis põt dici aduersarius certus respectu cause principalis super qua litigat. Et sic apparet ex qua causa est citatus: vnde cum in casu nostro fuerit fcã citatio ad videndum et audiendum qcquid pducere dicere petere et allẽgare intendit talis citatio dr sufficiens: et est de stilo: Quinimo fortius dicunt bald. et saly. in. d. l. consentaneum q valet citatio ordinarij quãtumcunqз generalis quia presumitur pro citatione ordinarij per no. in. l. ij. ff. si quis in ius voca. non ierit. Sit ergo conclusio quod respectu a-

3 ctus partis sufficiens fuit citatio. ¶ Accedat. Nam † cũ iura pmit tant generalem citationem ad omnes a tus vt in. l. j. in. v. ad cãm. C. qui accu. non possunt: et i auc. qui semel in. v. vocetur. C. quomõ et quando iudex: et in plerisqз alijs locis dicit Joã. de imo. in. l. qui ante calẽ. ff. de v. obli. q etiam in casu in quo nõ premitteretur ci- tatio: non est enim nulla sed iniusta: et ideo opus est appellatione et tenet Jo. de imola. in. c. cõsulit de offi. dele. et Federicus d senis cõsi. xxix. Casus talis etc. Ad petit. et in gñ. dj. Casus talis qdã cita

4 tus etc. ¶ In secũdo vero † facto iudicio vr q nulla emanauerit ci- tatio: qz in citatione nihil fuit dictũ q veniret ad videndũ et cõtra- dicendũ quare nõ deberet dari dilatio. Ergo snia iudicis per quã concessit dilatõ. videt nulla tanqз lata nõ citata parte. Argumẽto. no in. l. nã ita diuus. ff. de adop. et in. l. de vnoquoqз. ff. de re iud. cũ similibus. Sed hoc nõ obstãte contrariũ puto verius. Nam est ad uertendũ q iudex citat q veniat ad videndũ quicqd pducere pe-

5 tere et allegare intendit als etc. Nam † illa verba als etc. includũt qd si non venerit procedetur ad vlteriora cõtra eũ secundũ partis peti tionem. Est enim de materia citationis pemptorie quod fiat cum dicta comminatione vt in. l. cõsentaneum vbi casus et ibi Barto. et omnes. C. quomodo et quando iudex. et traditur in. l. ad pẽptoriũ. ff. de iudi. et in. c. consuluit extra de offi. delega. et sic concluditur qd fuit citatus non solum ad petitiones et productiones partis. Sed etiam ad pronunciam iudicis: quam cõminatus est se facturum il

6 lo non comparente. Nam † licet in citatione requiratur certa for- ma non satis est q illa tacite in citatione includatur. istud proba tur per id quod singulariter voluit Bald. in. l. fi. C. de procu. Ubi dicit q stante statuto quod si aliquis debet poni in bãno: debet ci tari q ipse veniat vel alius pro eo: q si iudex simpliciter citat et nõ compareat dicitur seruasse formã statuti: quia tacite includit pro se vel alius pro eo. Et sequitur Pe. de ancha. in repeti. c. j. extra de constitu. in. xiiij. q. principali. ver. Sed pone dicit statutũ: ita etiã dicamus in casu nostro quod illa verba: als etc. q iudex procedat

7 secundũ partis petitio. prout iuris fuerit. ¶ Confirmantur † pdi- cta clare. Nam sub illa dictione als etc. comprehẽduntur alia verba que sequi solent sm stilum et consuetudinem et naturam actus: iux ta plenissime not. per Barto. et alios in. l. gallus. §. idem credendũ

8 ff. de lib. et posthu. ¶ Preterea † omnis citatio etiam vnica post li- tis ingressum censet esse perẽptoria: vt tenet spe. in titu. de citatis §. viso ver. item peremptorium. et not. Jo. an. in. c. consuluit extra de offi. delega. et Bar. in. l. consentaneum. C. quõ et qñ iudex: et in. l. si finita. §. iul. ff. de dãno infecto. ideo dicit Bart. in dictis locis q citato non comparente potest iudex ad petita procedere parte nõ vlterius citata. et notant Jo. an. et alij in dicto. c. cõsuluit et moder- ni plene in. d. §. iulianus traditur in. l. ad peremptoriũ et in. l. in p

9 emptorio. ff. de iudicijs. ¶ Pro his in terminis † adduco quod vo luit Bal. post Jaco. butri. in. l. sancimus. C. de iudi. q. decima vbi vult quod citatus ad processum non est vlterius citandus ad inter locutoriã ferendã super processu. Secus in diffinitiua facit quod not. Bartolus in. l. statuliberis. §. stichus annua. ff. de statu. libe-

10 ris. ¶ Postremo dici potest † quod in tali dilatio. danda non re grebatur citatio qz potuit dari sine citatione vt concludit no. bal. in. c. j. de milite vasallo qui contumax est. et licet Bal. in. l. j. in fine. quomodo et quando iudex: videatur velle contrarium: tamen ipse loquitur quando in danda dilatione seu moderanda requiritur cause cognitio quod potest cõtingere altero de duobus casibus vel quando conceditur dilatio parte contradicente quo casu requiri tur cause cognitio. l. a procedente. C. de dilat. vel immoderãda di- lat. data in lege vel in danda scdã dilatione: iuxta not. in. l. fi. ff. de ferijs. Sec9 si sum9 in dãda prima dilatiõe in qua quasi nulla req ritur cause cognitio: immo nullibi respectu concessionis sed respe- ctu partis et loci vt traditur in dicta. l. fi. quo casu non requiritur ci tatio. ¶ Preterea punctaliter reo citato absente quod possit conce di dilatio parte non citata aperte decidit Baldus in dicto. c. j. de milite vasallo qui contumax est. ¶ Confirmatur hoc vltimum fun damentum. nam vt dicunt omnes in dicta. l. fi. ff. de ferijs et in. l. j. et in. l. qui procedente. C. de dila. in danda prima dilatione modica aut nulla vertitur cause cognitio: ergo patet q de modico dicitur agi preiudicio. Sed quando interlocutoria non est preiudicialis vel parum potest ferri parte non citata. Secus si est non modicũ preiudicialis. Ista est communis conclusio Joã. de imola qui con cordat opiniones contrarias in. l. si opus. ff. de noui oper. nuncia. et sequitur Lodo. roma. et tenet Bart. et Bald. post antiquos in. l. nec quicquã. §. vbi. ff. de offi. proconsu. et lega. d. anto. et Joan. de imo. in. c. auditis. de procu. et ang. et imo. et Paulus de castro in. l. de vnoquoqз. ff. de re iudi. et hoc quo ad primum. ¶ Sed aduerten

11 dum † etiã puto qd dicta sentẽtia est nulla quia lata spreta petitio ne consilij sapientis requisiti ex fora statuti prout ibi in puncto te- nuit oldra. cuius opinio. refert et sequit bar. in. l. j. §. si plures. ff. de exercitoria. et tenet Jo. an. in addi. specu. in titu. de requisitione cõ silij. §. vt autem. do. anto. et Jo. de imo. in. c. cum olim. de arbitris Bald. et saly. in. l. ex illo. C. de appellatiõibus et est cõis opinio in

12 plerisqз locis. ¶ Nec huic † fundamẽto obstaret si diceretur quod licet snia sit nulla: non tamen posset pronunciari nulla: ex quo est deserta causa appellat. Si dicamus dilationem datam non fuisse. Nam in hac difficultate. Nunquid deserta causa appellationis cẽ seat deserta causa nullitatis que specifice est intẽtata cũ causa ap pellat. Barto. in. l. si expressim. ff. de appellationibus tenet q non quia per hoc nullitas non perdit naturam suam. nã causa nullita tis non expirat prescriptõ. temporis statuti in causa appellationis vt in. d. l. si expressim. immo de nullitate dici potest vsqз ad. xxx. an nos vt no. spe. in titu. de appel. §. iuxta in fin. sed causa appellat. li- mitatur anno: ex causa biẽnio. §. cum sit romana et. c. ex ratiõe. ex- tra de appellationibus: remanebat ergo causa nullitatis licet cau- sa appellat. sit deserta. Et idẽ tenet Jo. an. in addi. specu. in titulo de sententia ex. iuxta fi. et do. Ant. do. Abb. et Jo. de imo. in. c. dile cto de appellat. et ibi post multa hanc opinionem sequitur domin9 Filipus de perusio in lectura informis questione. lviij. et tenet Jo. de imo. in. d. l. si expressim col. xxxv. vbi dicit quod opinio inno. q contrarium voluit in. c. sepe de appellationibus et Bald. et Saly. in. l. j. C. quando prouo. non est necesse: procedit quando ex forma statuti in loco eadem esset instantia cause appellatiõis et cause nul litatis: alias secus: cum alia sit instantia cause appellationis et alia nullitatis: vt ibi latius per eum. Cum ergo in casu nostro statutũ tantum prefigat terminum appellat. et non nullitati quo ad nulli- tatem remanemus in iure cõmuni. l. si vero. §. de viro. ff. soluto ma tri. et decidit hoc Bal in terminis in addi. specu. in titu. de appella- tionibus in pe. carta ver. statutum. ¶ Unde fit conclusio quod cum nullitas fuerit in casu nostro principaliter intentata sicut appella tio prout in terminis nostris concludit Barto. in. d. l. si expressim et sequitur Joã. de imola. colum. vj. quod deserta causa appellatõ. non censetur deserta causa nullitatis. et sic sententia nulla pronun- ciari debet. Debet ergo dominus iudicare debens pronũciare sen- tentiam nullam: vt patet ex omnibus premissis. An autem possit vel debeat reformare: et qualiter: non scribo: quia de meritis cause informatus non sum. ¶ Cetera suppleat eminens scientia indica- re debentis: quẽ deus in viã iustitie dirigat. Laus deo oĩpotenti.

5 Preterea omnis† difficultas tollitur per titulum diuisionis vt statim dicam: Sed immediate aduersarii allegant text. in. §. qui ad nundinas vbi absens alio ingresso retinet ciuilem possessionem: sed ad illum text. multipliciter respondetur et clare. Et in primis ego presuppono quod iste dominus petrus habet fundatam intentionem quod ipse possidet ciuiliter et naturaliter per suas probationes deductas hoc autem quod fratres possideant ciuiliter est fundamentum partis aduerse ad eneruandam probationem huius clerici: ergo debebant hoc probare. vt per Barto. plene in.l.in illa.ff.de verborum obligatione. Ad probanduz autem hoc: duo debebant probare. primum quod ipsi fratres essent absentes tempore quo iste incipit solus possidere: hoc autem minime probatuz est: immo presumitur presentia: ex quo sunt de loco: ita decidit Bartol. et sequitur Jo.de imo.in.l. is potest. ff.de acquirenda hereditate. Si ergo non probatur absentia sed presumitur presentia ex quo iste reperit possidere: locum habent dicta in precedenti fundamento. Secundum quod neminem reliquissent: hoc etiam neque deductum neque probatum est. ista sunt duo que presupponuntur in dicto.§.qui ad nundinas. Quia si eo presente iste incepisset possidere solus et solus occupasset domum possideret ciuiliter et naturaliter quia non potuisset solus nisi per expulsionem fratrum. Item si alium dimisisset eodem modo. vt no.glos.quam sequuntur ibi Barto. et doctores. in di- 6 cto.§.qui ad nundinas. Secundo respondetur† quod ille text. non habet locum quando quis ex commissione iudicis ingreditur possessionem: quia factum iudicis presumitur factum partis. l. si ob causam de euictionibus. Et acquiritur naturalis et ciuilis possessio etiam aduersario ignoranti. Casus est et ibi notant Barto. et docto.in.l.qui vniuersas.§.j.ff.de acquiren.posses. Et ita limitat Ludouicus roma.in dicto.§.qui ad nundinas: Quod autem auctore iudice hoc fecerint patet ex laudo dum in eo dicitur assignamus adiudicamus et damus per ea que notat Barto. et docto. in.l.predia.ff.de acquiren.posses. Tertio et vltimo etiam respon 7 detur† quia titulus diuisionis tollit dictam presumptionem. quia possessio dicti domini Petri presumitur ex precedenti titulo. l. quedam mulier.ff.de rei vendi. Et licet dicatur quod illud verum quando sciente et patiente aduersario prout videtur requirere text. in l.ij.C.de acqui.posses. Dico quod in dubio. Si non apparet qualiter possideat presumitur tradita possessio: ita decidit gloss. in dicta. l. ij. que non refert se ad tert. Sed mouetur quia ex quo debita erat possessio non presumetur aduersario inuito: allegat tex. in.l.q vas.§.vetare.ff.de furtis. qui text.loquitur in sciente et etiam ignorante Ergo glos.in vtroque est intelligenda per ea que ponit Barto.in.l.non solum.§.liberatis. verba autem.de libe.lega. Et sic vult quod in dubio presumatur quod volente aduersario non dico quando probaretur omnino quod ignorasset quia hoc casu poti⁹ presumeretur contradictio vt in.l.si ex stipulatio. et ibi Barto.ff. de acquiren.pos.loquor ergo quando sumus in dubio. Et quod illa glo. sit ita intelligenda patet ex verbis Ange. qui dicit not. hanc doctrinam quod vbi reperitur in possessione ille cui possessio per aliquem debet tradi presumitur in dubio possessionem intrasse de voluntate illius et non contra Et presumitur ex eodem titulo possidere quem habet. Et sic Ange. simpliciter illam glos. in dubio intelligit. Hoc etiam clarius dicit Ange. in.l.quedam mulier.ff.de rei vendica. vbi notando glos. ibi dicit hec glo. allegatur multum notabiliter quod omnis in possessione repertus presumitur possidere ex titulo precedenti et ab eodem. Ad idem allegat not. per Specula. in titulo. de locato.§.nunc aliqua versicu.lviij. et Barto.in.l. cum solus.ff.de vsucapio. vbi Barto. indistincte hoc vult. Et hoc maxime quia non est presumendum quod voluerit delinquere. l.merito.ff.pro socio. Item queritur ex quo presumitur presentia fratrum non est presumptio quod fratres permisissent solum ipsum possidere.l.cum de indebito. ff. de probatis. Item habuit autoritatem a iudice vt dictum est. item vos vidistis mandatum ad compromittendum et veritatem rei. ex quibus breuiter tollitur quod presumatur possedisse vt prius: quia hoc procederet quando nihil extrinsecus superuenisset et ita procedunt que habentur in.§.duo fratres. Sed hic apparet de titulo. Et testes dicunt qd prius communiter possidebant. postea viderunt istum solum possidere. Et sic ex noua causa et titulo apparet quod mutauit causam possessionis: quia cum extrinsecus accedente quis causam possessionis sibi immutat.l.cum nemo.C.de acqui.posses. Et sic sunt clare sublata omnia eorum fundamenta.

Consilium.xvi.

¶ In materia retrouenditionis: et plene disputat. An obligatio rem tradi dicatur diuidua: et quomodo.

¶ Summarium.

Anno domini. M. cccclxi. die xxiij. mensis septẽbris guccius domina Dorotea Mathias et Antonius cum consensu et voluntate dictorum guccij et domine Dorotee eorum parentum et quilibet eorum iure dominij et c. vendiderunt et tradiderunt sempronio presenti et ementi pro se et suis heredibus tertiam partem pro indiuiso cuiusdam predij cum domibus et c. Pro precio florenorum trecentorum quinquaginta: librarum quatuor: denariorum senensium: quos confessi fuerunt et c. Demum eodẽ anno et mense die sequenti predicti guccius domina Dorotea Mathias et antonius suprascripti facientes omnia et singula mutuo consensu auctoritate et c. Ex vna parte. Et dictus sempronius ex alia de ipsarum partium communi concordia et voluntate deuenerunt ad infrascriptam compositionem et concordiam: quia dictus sempronius promisit suprascriptis domine Dorotee guccio Mathie et Antonio presentibus recipientibus et stipulantibus pro se et eorum heredibus dictam tertiam partem predij per eum ab eis emptam infra tempus quattuor annorum proxime futurorum reuẽdere pro eodem precio cum certis pactis et conditionibus: de quibus omnibus late patet per publica instrumenta manu publici et auctentici notarij confecta: deinde Anno Domini. M. cccclxv. die. xviij. septembris predictus Mathias: cum iam esset mortuus guccius eius pater nomine suo et domine Dorotee et Antonij et quilibet eorum coram iudice porrexit petitionem requirendo dictum sempronium quod reuenderet dictam tertiam partem predicte possessionis prout promiserat cum oblatione precij reali et depositione in debita forma. Et postea die sequenti comparuit Antonius eius frater et ratificauit omnia et singula acta et gesta eius nomine per dictum Mathiam eius fratrem et hoc omni meliori modo et c. die vero. xxiij. comparuit predictus sempronius et opposuit predictum Mathiam nõ habere mãdatum a domina Dorotea et non competere sibi ius petenti et agẽdi pro ut agebat et petebat: predictus vero Mathias solenniter satisdedit: postea vero predictus Mathias et Antonius obtulerunt se paratos emere totam tertiam partem et soluere integrum preciũ depositum: postremo pendente iudicio die. v. decembris predictus sempronius produxit quoddam instrumentum in quo continetur qualiter domina Dorothea attestatur quod predicta petitio non fuit porrecta de eius voluntate: sed contra eius volũtatem: et quod neq consensit neq consentit: et plura declaratur quod non fuit repetita reuenditio de eius voluntate. Sed potius contra eius volũtatem et intentionẽ. Quibus stantibus queritur an predictus sempronius sit obligatus ad reuendendum predicto Mathie et Antonio predictam tertiam partem vel saltem tres quartas tertie partis eos tangentes ex persona eorum et eorum partis premortui cuius sunt heredes. ¶ Spiritus sanctus adsit meumq illuminet intellectum presentis consultationis inuestigatio cum pulchra sit et subtilis diligenter omnia sunt discutienda: et in primis. Si quis [1] diceret predictum sempronium attentis terminis suprascriptis nullo modo teneri non esset reprehendendus omnino. Aut enim predicti Mathias et Antonius volunt cogere predictum sempronium ad vendendum tres quartas eos tangentes. Et certe sempronius nullo modo videtur cogendus pluribus rationibus. Primo quia cum emptio fuerit vno precio non tenetur reuendere nisi totum reuendat quia non est verisimile qd ille qui emit partem rei eam voluisset si aliam non haberet. Ita a parte probatur in. l. quod autem. §. finali. cum sequenti et sequenti. ff. de in diem adiectione. et in. l. si quis aliam. ff. de solutionibus. l. cum eiusdem. et. l. ediles. §. si iumẽta. ff. de edili. edicto. Et ad hoc possent plura iura allegari. Alias enim [2] incideret quis inuitus in communionem contra textũ. Et que ibi habentur in. l. si non sortem. §. si centum. ff. de condictione indebiti. Habetur enim hoc pro absurdo a lege ad quod tex. not. cum ibi not. in. l. fundus ille. ff. de contrahenda emptione. Et hoc ratione illius quod communiter dici solet quod cõmunio parit discordiam. l. cum pater. §. dulcissimis. ff. de legati tertio. benefacit illud vulgare quod negligitur quod communiter possidetur: iuxta. l. ij. C. quando et quibus quarta pars debetur lib. xi. ¶ Secundo hec [3] opi. confirmatur. Nam obligatio de reuendẽdo dicitur indiuidua quia dicitur cõtinere rem tradi iuxta. l. j. et. l. ex empto. ff. de act. empt. et. l. si traditio. C. de act. empti. Traditur plene per Bar. et alios in l. stipulationes non diuiduntur. ff. de verborum obliga. Sed obligatio rem tradi dicitur indiuidua: vt est casus clarus in. d. l. stipulationes non diuiduntur. Preterea etiam vendere est facere vt habetur in. l. certi conditio in glo. magna. ff. si certum petatur. Contrahere enim est quid facti. l. cõsilio. ff. de cura. furio. Traditur in l. ex hoc iure maxime per Baldum. ff. de iusti. et iure. Et eleganter declarat Bal. in sua solenni repetitione. l. ij. ff. de iureiurando. Sed oblgatio facti regulariter est indiuidua: vt est casus in. l. iij. in. §. cato. ff. de ver.

ff.de verb.obli.nisi in duobus casibus ibi enumeratis. igitur ꝛc. ¶Preterea res non dicit offerre tantā vtilitatem in parte respectu partis quantam in toto respectu totius: ergo dicit continere obligatio quid indiuiduū.l.in execu.§.secunda species.ff.de ver.obli. Et hanc regulā tradit Bar.in.d.l.stipulationes nō diuiduntur in tertia questione.ꝛ in dicto.§.cato. Quibus stantibus succedit regula que vult quod ille qui tenetur pluribus prestare aliquod indiuiduum non tenetur illud prestare nisi omnibus cōsentientib⁹: vt est casus in.l.fi.ff.cōmunia predioꝝ.ꝛ in.l.ij.§.ex his.ff.de verb.
4 obli.vbi per Bar.ꝛ doctores notabiliter. ¶Preterea † in casu nostro factum dr̄ esse in condit.respectu emptorū vel emere volentiū: ergo talis conditio facti indiuidui nō debet scindi.l.cui fundus. ff.de conditio.ꝛ demon.ꝛ per predicta ita solēniter consuluit bar to.in suo consilio.quod incipit Ange.ꝛ andreuccius.ꝛ predictam opinionem etiā secutus fuit idem Bar.in.l.cui vsusfructus.ff.de vsufruc.lega.idē bar.ꝛ post eum Ange.ꝛ Paul.de castro in.d.l.si quis aliā.ff.de solut.idē voluit bal.in.l.ij.C.de pactis inter emptorem ꝛ venditorem.ꝛ hec videt̄ clara conclusio contra quam nō re
5 perio aliquē scribentium tenere. ¶Tertio † hanc opinionē confirmo. Nam si duo habent actionem exempto ad rem tradendā contra venditorem non potest vnus offerre partem precij sibi tangentem.ꝛ velle consequi partem rei inuito venditore. Casus est clarus in.l.quod si nolit.§.idem marcellus.ff.de edili edicto. Et est casus in.l.fistulas.§.qui fundum.ff.de contrahē.empt. Tenet Paulus de castro in.l.iulianus.§.offerri.ff.de act.empti.ergo nō pn̄t predicti emptores offerre partē pcij: ꝛ ꝯsequi dictas tres tertias partes
6 Nec videtur † ꝙ obligatus ad vendendum cogi possit vendere nisi omnibus consentientibus ꝛ ementibus aliquod.tex.not.in.d.l. quod si nolit.§.si plures.ff.de edili.edicto. ¶Ex quibus videntur resultare contraria supra firmata.aut predictus Mathias ꝛ Antonius volunt cogere predictum sempronium ad vēdendam totā dictam tertiam partem.ꝛ hoc etiam vr̄ impossibile. Pro cuius cōclusionis fundamento tres casus sunt discutiendi. ¶Primus est si dicamus hanc obligationem esse oīno diuiduam obligatione et ꝛ solut3. ¶Secundus casus est. Si dicamus eam esse diuiduā obligatione sed indiuiduam solutione. ¶Tertius casus est si dicam⁹ predictam promissionem de vendendo omnino indiuiduā scilicet
7 obligat.ꝛ solut. ¶Circa primū † vr̄ dicendum ꝙ cum predictis mathie anthonio patri ꝛ matri eorum fuerit facta promissio de vēdēdo: ꝛ per consequens vnicuiq; pro quarta illius tertie iuxta.l.reos §.cum in tabulis cum materia.ff.de duobus reis.ꝛ.l.primam.C.si plures vna sententia: bene facit tex.in.l.legata inutiliter.§.fi.ff.de lega.primo.ꝛ tex.in.l.si legatum.ff.de annis legatis.ꝛ quod argumento predictorū iurium traditur in.l.si cum dotem.§.transgrediamur.ff.soluto matrimonio.ꝛ per Bal.in.l.si mater.C.de rei vēdicat.videtur quod predictis Mathie ꝛ Antonio nō competit actio ad reemendum nisi pro tribus quartis dicte tertie partis et eorum persona: ꝛ patris eorum: ꝛ per consequens ad aliam quartam: cuius ius reemendi competebat matri videntur sine actione
8 experiri.l.si pupilli.§.videamus.ff.de neg.gestis. Et sic † tanquā agentes sine actione possent a iudice repelli. etiam parte non opponente. Argumento glo.no.in.l.vbi pactum.C.de transac. ¶Nec predictis refragari videtur si predicti Mathias ꝛ antonius dicerent quod cum mater eorum sit exclusa a iure reemendi quod ta
9 le ius accreuit eis: quoniam † cum presupponamus obligat3. omnino diuiduam in diuiduis in contractibus non est locus iuri accrescendi: vt est casus: ꝛ ibi Barto.ꝛ omnes in.l.si mihi ꝛ ti tio.ff. de verborum obliga. Tradit barto.plene in.l.re coniuncti.ff.de legatis tertio in vltima columna.ꝛ Baldus plene.ꝛ post eum Lodouicus romanus in.l.j.C.quando non pet.partes. Et sic nec volendo reemere partem nec totum videntur admittendi. ¶Circa secūdum etiam si dicimus predictam obligationem diuiduam obligationem sed solut.indiuiduam. Adhuc videtur qd̄ non possit sempronius cogi nisi omnes consentiant: quoniam si diuisa fuit obligatio inter predictos Antonium Mathiam ꝛ parentes eorum. Adhuc obstant que statim dixi: videlicet quod predicto Mathia ꝛ Antonio non competit in totum ius reemendi. Nec cogitur predictus sempronius reuendere nisi omnibus consentientibus. Argumento dicta.l.quod si nolit.§.si plures ꝛ.§.si vēditori. Nec possunt allegare ius accrescendi cum ex parte eorum obligatio sit diuidua: ergo non habet locum ius accrescendi per ea que statim dixi.
10 Accedat † quia ad hoc vt habeat locum ius accrescendi necesse est quod in persona alterius deficiat omni iure vt est glosa singula. quam ibi approbant Barto.ꝛ omnes in.l.si duo patroni in principio.ff.de iureiurando. Sed in persona matris tale ius non deficit omni iure.igitur ꝛc. Quod non defecerit omni iure patet quia
11 fuit simpliciter fuit exclusa tempore: tempus † autem non tollit obligationem ipso iure sed ope exceptiōis vt est casus in.l.obligationum fere.§.placet.ff.de actionibus ꝛ obligationibus.ꝛ in.l.eu3 qui ita.§.qui ita.et ibi barto.ꝛ omnes.ff.de verbo.obliga.faciunt

que statim dicam in tertio membro. ¶Circa tertium casum si dicamus eam esse oīno indiuiduā: tūc etiā videtur idem dicendum ꝙ
12 supra dictum fuit. Quoniam † vt supra in principio dixi quando quis tenetur prestare vnam rem indiuiduam pluribus non tenetur nisi omnes consentiant dicta.l.fin.ff.cōmunia prediorum.licet omnibus creditoribus insolidum actio competat vt est casus ꝛ ibi plene declarant docto.in.d.l.ij.§.ex his igitur.ff.de verboru3 obli.ꝛ in contractu empt.in.d.l.quod si nolit.§.si plures. ¶Nec obstat si dicatur ꝙ mater istorum est exclusa a iure reemendi: ꝛ per cōsequens cum simus in materia indiuidua habet locū ius accrescen
13 di per not.per bar.in dicta.l.si mihi ꝛ titio. Quoniam ad hoc † vr̄ posse responderi pluribus modis. ¶Primo quia nō vr̄ ꝙ habeat locum ius accrescendi quoniā ex parte matris ipsorum non deficit ius omni iure. Cum adhuc posset petere l3 obstet exceptio. Argu. preallegate glo.singularis cōmuniter approbate i.d.l.si duo patroni. Secundo qr̄ videt̄ ꝙ sempronius possit dicere Antonio ꝛ Mathie non teneor vobis solis reuendere per iura preallegata ꝛ stati3 ꝙ mater compareret possit dicere tibi non teneor quia est tempore exclusa: ita in simili in prestanda re indiuidua dixit Cy. in suis ad ditiōibus.quem sequitur ibi cumanus in dicta.l.ij.§.ex his igitur
14 ¶Tertio auctoritate Pau.† de castro qui in dicta.l.si quis alia3 ponit questionem nostram quando aliqui ex illis quibus est promissum reuēdi ex quo repellūtur. Si volūt pro partibus eorum reemere an repellantur si volunt totum reemere. Et concludit quod sic ex quo alij qui nolūt reemere possunt adhuc velle. Sed ita videtur esse in casu nostro quia predicta eorum mater potest adhuc velle: licet obstet exceptio: immo tunc cum fuit hoc petitum poterat
15 efficaciter velle: quia non erat exclusa tempore. Et licet demum † superuenerit ius pendente iudicio. Tamen non videtur prodesse ex quo sumus in personalibus per id quod habetur in.l.non pōt videri.ff.de iudi.ꝛ in.c.Abbate sane de re iudica.lib.vj. ¶Quarto
16 ꝛ vltimo † quoniam predicta domina Dorothea mater predictoꝝ Antonij ꝛ Mathie est exclusa tempore.cuius exclusio causatur in fauorem predicti sempronij: ergo omne ius predicte dn̄e Dorotee applicari debet predicto sempronio per casum in.l.ij.§.si duo.ff.dē collat.bonorum.ꝛ in.l.post legatum.§.amittere.ff.de his quibus vt indignis ꝛ in.l.pe.C.de legat.ꝛ in.l.seruo legato.§.si testator.ff. de lega.primo.ꝛ in.l.fidei cōmissum.§.interdum.ff.de legat.tertio tradit Barto.in.l.ij.§.videndum.ff.ad tertu.ꝛ Bal.in.l.si cum dotem in principio.ff.soluto matrimonio. ¶Aut ꝛ tertio predictus Mathias ꝛ Antonius volūt tres quartas illius tertie partis rehabere ꝛ reemere soluendo tamen totum precium.ꝛ tunc vr̄ etiam ꝙ non cogantur quia hoc casu militant rationes supra deducte. Quando vellent emere tres quartas ꝛ soluere tres quartas precij. ergo idem ius.l.illud.ff.ad.l.aquiliā.l.a titio.ff.de ver.obli. Quia inuitus incideret in cōionem.ꝛ quia forte non emisset nisi totum credidisset habere ꝛ quia partem indiuidui tradere non cogitur licet dominus Raph.fulgo.in.d.l.quod si nolit.§.idem marcellus dicat per illum tert.a contrario sensu quod si vnus ex dominis vr̄ ex emptoribus sit paratus precium solidum tradere quod tūc possit agi vt res vendita pro parte tradatur: qd̄ est notabile secundum
17 eum. ¶Postremo dato † ꝙ omnia predicta cessarent adhuc nō videtur ꝙ aliquo modo sempronius cogi possit ad reuendendū sed liberetur prestando interesse quia in obligatione facti quis nō cogitur precise. Sed liberatur prestando interesse.l.stipulationes nō diuiduntur.§.celsus.ff.de verb.obli.vbi plene per Bart.ꝛ ordinarios legentes.ꝛ traditur in.l.si traditio.C.de act.empt.ꝛ in.l.ij.ff.dē act.empt.per que omnia dicendum vr̄ predictum sempronīū oīno absoluendum: ꝛ he rationes iudicio meo hanc cōsultationem dubiam reddere videbantur. ¶His stantibus incontrarium nō obstantibus veritatem fore arbitror prout inferius concludam.ꝛ ad hoc vt que mente concepi clariora reddantur. Pro fundamento
18 infra dicendorum ego premitto. Primo ꝙ † predictus Mathias qui egit suo nomine ꝛ nomine fratris ꝛ matris censetur egisse ad reuendendum contra sempronium.ꝛ pro partibus vnicuiq; tāgētibus ꝛ insolidum. ¶Primū probatur quia cū Mathias dixerit se agere nomine proprio ꝛ nomine fratris ꝛ matris censeatur noīe suo ꝛ aliorum ꝓ partibus virilibus egisse iuxta supra allegatam.l. reos.§.cum in tabulis.ff.de duobus reis.ꝛ.l.j.ꝛ quod ibi habetur. C.si plures vna sn̄ia.facit quod no.in.l.procurator qui pro euictio
19 ne.ff.de procura. Secūdum probatur † quia predictus Mathias non solum simpliciter egit nomine proprio ꝛ fratris ꝛ matris. S3 etiam egit quolibet predictorum nominū de cuius dictionis quolibet natura est attribuere cuilibet actū insolidum vt traditur in.l. hoc arti.ff.de here.insti.ꝛ in.l.si pluribus vbi Bart.ꝛ imola.ff.de legatis secundo ꝛ in.l.non distinguemus.§.cum plures vbi Bart.
20 ff.de arbitris ꝛ in.c.si propter.de rescriptis.in.vj. Et hoc † maxime cuilibet ipsorum cōpetijsset ius insolidum propter clausulam libelli in fine positam dum dicit̄ omni meliori modo ꝛc. Et proponens omnia ꝛ singula iura ꝛc. Et petens in predictis iustitiā mini

strari per ea que habentur per Inno. et alios in c. ij. extra de ordi. cognitio. et per legistas in l. edita. C. de edendo et in l. j. in principio ff. de edendo et in l. si cum nulla. ff. de iudi. Et hoc etiā declaratū fuit per Mathiam q obtulit se paratū totum emere et soluere integrum precium. facit. l. si quis intentione ambigua cū materia.

21 ff. de iudicijs: cum similibus. ¶ Secundo ego premitto † q predictus Mathias recte egit nomine suo fratris et matris: tū qr coniunctus cauendo prout fecit agere potuit iuxta l. sed et he cum materia. ff. de procurato. et l. exigendi. Et ibi etiam per ordinarios. C. de procurato. tū etiam quia licuit in eodem libello suo et alterius nomine agere: vt dicunt Bal. et Saly. per illam l. in l. cum te in galliam. C. si certum petatur. et est bonus tex. et ibi Bal. in l. plane. ff. fami. hercis. Et licet demum mater declarauit hoc nō processisse ex sui voluntate et se nullo modo cōsensisse: nec ꝯsentire iudicium subsistit in persona mathie et antonij qui ratificauit: vt eleganter determinat Bal. in l. ordo. C. de executi. rei iudi. in penultima q̄one. Argu. l. non idcirco. ff. de iudicijs. ¶ Tertio ego pmit

22 to † q predictus sempronius qui est obligatus ad reuendendum dicitur obligatus ad rem tradi: vt cōcludit Barto. in d. l. cui vsusfructus: traditur in l. j. et in l. exempto. in principio. ff. de acti. empti. et in d. l. stipulationes non diuiduntur. ꝟ. celsus et i. d. l. si traditio. C. de actionibus empti. ¶ His pmissis stantibus: Ego i hac materia obligationis rem tradi reperio tres diuersas et cōtrarias opiniones: a quibus iudicio meo dependet veritas presentis cōsultationis. Et ex infra dicendis apparebit. Prima opinio fuit

23 † opi. Dy. quam refert et sequitur Bar. in d. l. stipulationes non diuiduntur in ꝟ. oppositi. qui dixerunt quod obligatio rem tradi dicitur indiuidua obligatione: et obligatio non scinditur: Et sol. per illum tex. vbi hec tria parificantur fossam fodi insulam fabricari et rem tradi. Sed illa duo prima sunt indiuidua quo ad vtrūq: Ergo et hoc tertium. ¶ Accedat ad hoc: nā quando vna determinatio habet determinare plura determinabilia debet ea pariter determinare. l. iam hoc iure. ff. de vul. et pupillari. et l. in testamēto. C. de testamento militi. cum similibus. Quod etiam ratione pbatur. nam si pars soluatur et ea soluta dicamus liberationem cōtingere sequeretur quod si in alia parte tradenda fuit mora: succedet obligatio ad interesse: vt in dicto. §. celsus: et per consequens contingeret solutio fieri in diuersis temporibus ꝯ. l. in executio. §. pro

24 parte. ff. de ver. obli. item sequeretur † q ratione partis tradite creditor compelleretur inuitus ad cōionem: quod esset sibi damnosum: quia pars que est in cōione non affert tantam vtilitatem in parte respectu partis quantum afferret totum respectu totius cōtra tex. in dicta l. in executi. §. secunda. Preterea etiam vt supra dixi: vendere est facti et facta regulariter sunt indiuidua: vt. d. §. cato. et supra dixit et tradit Bar. in d. l. stipulationes non diuiduntur in ꝟ. oppositū. Et hanc opinionem tenuit etiam Bartol. in d. l. cui vsusfructus et in dicto consilio. et in d. §. cato in secūda oppositū. Eandē opinionē tenuit dñs Bartolomeus de Saly. in l. p hereditarijs. C. de her. act. eandē etiā tenuit idē saly. i. l. si duo. ff. de po. dicēs Bar. opinionē eē notabilē et hāc opinionē secut⁹ fuit do. Raph. cuman⁹ in d. §. cato. et in d. l. stipulatiōes nō diuidūt. et ibi

25 hanc † opinionē dicit esse tenendā dominus Pau. de castro cum eam tenuerit Dy. qui quando decidebat aliquā questionem dicebatur ibi esse tota sinodus legalis sapiētie ꝫ dicat q in puncto iuris magis sibi placeat qd equiparet obligationi rē restitui. et predictā opinionē Bart. ibidem sequit dominus imola dicens ita cōiter teneri. et idem tenet dominus imola in d. §. cato. Et hāc etiam opinionē secutus fuit Ang. in d. l. stipulationes. quam tamē limitat nisi quis posset pcise cogi ad factum vt est in casu nostro prout infra videbimus: qr tunc dicit hanc obligationē esse oīo diuiduā: qr tunc non pōt resultare q fiat solutio partis in re etiā partis interesse. Cuius tamen considerationē impugnat imo. ibi et in d. §. cato. vñ qr licet cogi possit precise interdū quis tradere: tamē statim post moram succedit obligatio ad interesse. et est in electione actoris. An velit agere precise ad ipsum factum an ad interesse: vt

26 patet secundum ipsum † quando rem tradi est in obligatione ex contractu empt. et debitor hꝫ facultatem rei restituende: quo casu potest precise compelli: vt infra dicā: et esse propter naturā obligat. sic variabilem Remanet obligatio indiuidua etiam quo ad obligat. Et hec opinio est etiam de mente Bar. et aliorū dicentium indistincte esse indiuiduā et tamen in eodē loco volunt et ponunt q in contractu empt. quando quis habet potestatē res tradende cogitur precise et hec opinio cum sit magis communis ab ea in indicando non videt non recedendū per no. per Bar. in l. fin. C. de pe. in qui. ma. in. ¶ Qua opinione stante clara conclusio in terminis nostris q cum mater predictorum matthie et Antonij fuerit exclusa a iure reemēdi qd tale ius accrevit predictis Antonio et Mathie. Et sic eis non exclusis insolidū competit ius reemendi: quia

27 regula † est clara in iure quod in obligationibus et iuribus indiuiduis habet locum ius non decrescendi. hāc doctrinā tradit Bart. in l. si mihi titio. ff. de verb. oblig. per l. proprium. ff. cōmunia prediorum. et illam doctrinam Barto. in d. l. si mihi et titio. Sequuntur ibi Ange. imo. et pau. de castro idem tenuit Barto. in l. ij. §. ex his igitur in vltimis verbis. ff. de verb. obli. quem communiter sequuntur Roma. et moderniores idem tenet Bar. in l. re cōiuncti. ff. de lega. tertio in vltima columna. Idem Bal. et post eum Lud. roma. in l. j. C. quando non petentium partes. Idem etiam sensit Bald. in auc. si quas ruynas. C. de sacro san. ecclesijs. et voluit idē Joan. an. in addi. specu. in Rubrica de feudis. et in hoc nullum reperio contradicentem: vnde cum sit cōis omniū opinio est oīno sequenda. ¶ Non obstāt rationes supra incontrarium adducte. Nā ad illas facilis est rñsio. et rogo quod iudex diligenter aduertat.

28 ¶ Ad primam respondetur † duobus modis. primo q illa glo. cum tex. loquitur in obligationibus diuiduis vt aperit clare Bart. in dicta l. si mihi et titio et in dicta l. re coniuncti. quod demonstratur etiā ex duobus pūo ex mente Bart. in dicta l. si duo patroni: vbi ex illa glo. infert q si vnus esset exclusus per sñiam nō accresceret eius pars quia non deficeret oī iure iūctis his que dicit barto. in d. §. ex his igitur: vbi vult q si plurib⁹ debet aliquid indiuiduum: et vnus excludat per sñiam quod alij insolidū admittunt ac si illō non esset cōmune. et illā doctrinam sequūtur cōiter doctores vt etiam infra dicam: et tamen ille non dicebatur exclusus ipo iure: iuxta l. iulianus. et que ibi habētur. ff. de condi. ind ebi. ¶ Secundo hoc etiam demonstratur per tex. in l. plane. §. si duobus. ff. de legatis primo iunctis his que ibi notantur per Bart. docto. et tex. et quod ibi per tex. in l. huiusmodi. §. si titio eodem titulo in quibus iuribus aperte deciditur quod licet quis habeat ius retentionis tamen nō impedit ius nō decrescendi licet impediat ius accrescendi. Tertio patet manifeste quod ad hoc vt habeat locum ius non decrescendi non est necesse q pars deficiat omni iure sed sufficit q exclusus effectualiter non admittatur ad partem licet secus sit in iure accrescendi. Quo casu procedit predicta gl. in dicta l. si duo patroni. et ratio est quia in re indiuidua in qua habet locum ius non decrescendi vnicuiqꝫ a principio insolidum debebat: ideo vno cessante non dicitur pars illius alteri accrescere. Sed propter illū non decrescere sicut in simili patet in l. stipulatio ista. §. cum q ff. de verb. oblig. vbi duobus his eadē decē promissa fuerunt: et sic cuilibet fuerunt eadem decem promissa: et dicit q vno deficiente alter decem habebit et hec de prima rñsione. ¶ Secūdo principaliter respondetur: nam videtur dici posse q immo in psona matris eo-

29 rum ius defecerit ipo iure primo. Nam licet † tempore simpliciter nō tollat obligat. ipso iure tū pacto et renūciatione tolli vr ad hoc glo. prima in d. l. obligat. fere. §. placet. ff. de act. et obli. sed predicta mater eorum ex quo poterat infra tempus offerre et perpetuo admittebatur cum permiserit tēpus labi illi iuri renūciasse vr: et illō ius repudiasse: vt est casus in l. si ea. C. qui accusa. nō possunt tenet glo. quam ibi summe no. Ange. in l. si ego. ff. de neg. gest. et Bart. et Ang. in l. bonorum. ff. rem ratā haberi. Dy. et Jo. an. in c. ratihabi

30 tio. de re. iuris. lib. vj. ¶ Secundo hoc deducitur. nam † promissio de reuendendo dicit esse conditionalis saltim conditione potestatiua: quia videtur facta sub conditione tacite. Si voluerit reemere: ita cōmuniter concludūt docto. in l. secunda. C. de pactis inter emptorem. vbi hoc clare aperit Bal. hoc idem aperte tenet Bart. in dicto cōsilio q incipit Ang. et andreuccius: et clarius in l. si decē cum petiero. ff. de verb. obli. et in l. cui fundus. ff. de condi. et demō.

31 Nulli autem † dubium est condi. etiam tacitam obligat. suspendere et eiusdē fine ipso iure promissionē euanescere: vt est casus: et ibi glos. que semper allegatur pro singuli in l. item quia. ff. de pactis. itē certum est q omnis ꝯditio suspendit siue causalis siue potestatiua siue mixta patet de potestatiua de qua agimus in l. a testatore. ff. de conditione et demonstra. traditur etiam in dicta l. si decem cum petiero et in l. fina. ff. de condi. insti. et in l. si pater per Bald. et alios. C. de insti. sub condit. factis. et in l. filius a pa. ff. de liberis et

32 posthumis cum similibus. ¶ Ad secundam rationē † vꝫ ad opinionem Cy. dicendū est q illa opinio est omnino falsa: nam in contrarium aperte concludit ibi Bar. per tex. in d. l. proprium q imo debitor tenetur omnino tradere rem indiuiduā obtinentibus: et ille exclusus per sententiam habetur ac si non esset in rerū natura: et eius opinionem sequit ibi imola. dicens q saltim poterit cogi ad tradendū de facto Argu. l. mulier. §. j. ff. de condi. insti. et idē tenet Ludo. roma. Argu. l. aquam in ver. q si plurium et l. si rationeꝫ in principio. ff. quēadmo. serui. amittatur. illam etiam sequunt oñs moderni. et pro his est satisfactum secunde rationi incontrarium

33 adducte. ¶ Ad tertiā obiectionem † de opinione Paul. de castro. dico q opinio Pau. de castro et eius auctoritas concludit pro parte nostra. Nam dominus Paulus ideo dicit quod etiam si vnus offerret totum precium et se empturum totū potest repelli ex quo alius potest adhuc velle licet tunc non velit: ergo clare sentit dñs Paulus quod si alius cui etiam esset promissum reuendere offerret se empturum totū et alius socius nō posset nec vellet nec nollet

q tunc

quod tūc nō repelleret: hoc aperte sentit do. Paulus a contrario sensu quod validum est argumentum. l. j. §. huiꝰ rei. ff. ō offi. eius cui manda. est iurisditio. ⁊ in. l. qui testamento. §. mulier. ff. de testamentis. Item a ratione cessante. l. adigere. §. quamuis. ff. de iure patro. c. cum cessante de appellatio. Sed in casu nostro predicta mater eorū non posset amplius velle ergo patet quod opinio pau. de castro ⁊ eius auctoritas cōcludit pro nobis: quod aūt nō possit amplius velle: probatur ex pluribus. primo tenendo illam opinionem ꝙ fuerit ex defectu conditio. exclusa ipso iure lapsu temporis

34 quā supra probaui. Secundo quia † censetur iuri tacite renūciasse ⁊ id repudiasse: vt supra deduxi. Tertio quia dato quod vellet nō potest hoc efficaciter velle adeo quod etiam si agere: parte nō opponente ex quo ex facie instrumenti appareret iudici eam exclusaȝ tempore ex officio iudex deberet ipsam repellere ita punctaliter in terminis nostris de excluso tempore prout apparet ex instrumento decidit notabiliter Barto. in. l. eum qui ita. §. qui ita. ff. de ver. obligatio. quia tunc dicitur exceptio. inesse quo casu dicit iudicem ex officio posse agentem repellere: vnde dicit Barto. Nunc intelligis quid est dicere exceptio. inesse: tu qui nūquam intellexisti. Et illam decisionem sequitur ibi bald. licet per alia vba et dominus imola. idem tenuit bar. et sequūtur communiter docto. in. l. lecta. ff. si cer. petatur. ¶ Quarto et vltimo quia dato ꝙ ipsa ageret ex quo saltim possit exceptio. repelli si predictus sempronius excepti. non obiceret: et per consequens condemnari posset: hoc contingeret eius culpa et facto: vnde sibi hoc imputare deberet. Argumento. l. damnum. ff. de reg. iuris et. l. iulianus. §. si quis a pupil

35 lo. ff. de actionibꝰ empti. cū similibꝰ. ¶ Nec obstat † Si vltimo dicatur ipsa posset ratificare acta ⁊ gesta nomine suo quia ad hoc respondetur dupliciter. Primo quod ex quo ipsa non habuit ratū id quod gestum fuit: vt patet per instrumentum productum quicquid eius nomine gestum fuit nullius est valoris quo ad ipsam: vt est casus in. l. iij. §. sed et si forte. ff. rem ratam haberi: immo ex quo eam penituit semel eius nomine gestum fuisse non potest amplius ratum habere vt est casus clarus in. l. bonoꝝ in fi. ff. rē rataȝ haberi. Secundo quia ista est regula ꝙ actus gestus ī rem alicuiꝰ non potest per illum ratum haberi nisi eo tempore quo actus de nouo per ipsum ratum habētem fieri posset secus si ratum habēs esset tempore exclusus: casus est ⁊ ibi Barto. ⁊ omnes in. d. l. bonorum. ff. rem ratam haberi. ¶ Nec obstat ꝙ tūc etiam cū actum fuit ipsa poterat velle in futurum: cum adhuc non esset tempore exclusa licet tunc non vellet quia ad hoc facilis est responsio: quod pendente iudicio tempus. ĩ. quod ipā velle poterat lapsum est: ⁊ sic iu

36 dicio pēdēte non potuit ampliꝰ velle saltim effectualiter. igitur † predictis Matthie ⁊ antonio superuenit ius pendente iudicio ⁊ ex causa de preterito hoc est ex promissione de reuendendo. Et sic ex causa de preterito que fuit specialiter ī iudicio deducta quo casu etiam in personalibus ius superueniens validat iudicium vt est casus ⁊ ibi Barto. ⁊ omnes in. l. si rem. §. fina. ff. de pigno. acti. ⁊ in. l. si mandauero tibi vt titio. ff. mandati. tradit etiaȝ plene barto. ⁊ post eum docto. in. l. non potest videri. ff. de iudicijs ⁊ Dy. insti. de actio. in principio ⁊ do. Canoniste in. c. abbate sane de re iu

37 di. lib. vj. Preterea † vbicunqȝ pluribus competit aliquod ius in solidum tunc vnusquisqȝ potest insolidum agere ⁊ potest sequi cōdemnatio licet debitor non cogatur illud prestare nisi omnibus cōsentientibus vt probatur in dicta. l. secūda iunctis no. ibi per omnes in. §. ex his igitur. ff. de verbo. obliga. ergo patet qȝ a pīcipio dictus Matthias recte egit etiam insolidum ⁊ insolidum debet condemnatio sequi: item ⁊ executio sequi debebat ex quo amplius consensus matris non requiritur tempore executionis cū recipief

38 exclusa. ¶ Nam † quando certa qualitas requiritur in certa dispositione requiritur eo tempore quo dispositio applicatur ad actuȝ. l. in delictis. §. sed si detracta. ff. de noxa. l. si titius. ⁊ ibi Bart. ff. de testamento militis. cum similibus ⁊ ex his patet sufficienter resp̄

39 sum ad tertiam obiectionem. ¶ Ad quartam ⁊ vltimam † rationem respondetꝰ ꝙ illa procederet vbicunqȝ essemus in materia diuidua quo casu Matthias ⁊ antonius non admitterentur ꝑ portione matris ⁊ respectu iurium matris que viderentur magis applicata ipsi sempronio in cuius fauorē causaf exclusio. Sed nos sumus in materia indiuidua in qua quilibet admittif iure proprio non iure alterius quod nō minuitur per exclusionē alterius. Als enim esset tollere omnia que dicta sunt supra: quia si vnus per sententiam excluderetur: sequeretur ꝙ alij non admitterenf per ius non decrescendi cū sn̄ia foret lata in fauorē debitoꝝ quod tamē est falsum vt supra patuit per not. in. d. §. ex his igif. ¶ Preterea illa iura loquūtur in materia valde diuersa scilicet in vltimis volūtatibus ⁊ in pretendentibus causam lucratiuam. Nos autem sumus in contractibus ⁊ in pretendentibus causam onerosam: vnde ex diuersis non fit illatio. l. fi. ff. de calū l. papinianus exuli. ff. de mīo. l. naturaliter. §. nihil commune. ff. de acquirē. posses. ¶ Nec vltimo

40 obst † si quis diceret quod licet talis obligatio rem tradi sit indiuidua obligatiōe ex parte ipsius debitoris ⁊ sic ex parte sempronij tn̄ ex parte creditorū dicif diuidua cū pluribus fuerit facta ꝑmissio: ergo vnicuiqȝ quesita vf ꝑ dimidia. argumento. l. reos. §. cū in tabulis. ff. de duobꝰ reis. Qm̄ ad hoc respondetꝰ qȝ vbicūqȝ ex parte ꝑmissoris obligatio est indiuidua eodē modo est indiuidua ex parte stipulatoris. iste est casus in. d. l. ij. §. ex his igif: per quē ita cōcludunt ibi Bar. ⁊ oēs reprobata glo. prima q̄ contrariū attentauit ⁊ concludit Bar. in. l. iiij. §. cato. ff. de verb. obl. Et hec sufficiāt

41 de isto pūcto. ¶ Secūda principalis opinio fuit pe. † ⁊ Cy. in auc. hoc ita. C. de duobus reis qui dixerūt ꝙ obligatio rē tradi sit diuidua quo ad obligationē. Sed indiuidua quo ad solutionē qꝛ solutione partis non contingit liberatio. l. si duo. ff. depositi. sicut in simili dicimus in obligatione generis in. l. in execu. §. pro parte. ff. ō verb. obli. Quam opinionē in puncto iuris sequif dn̄s. Paulus de castro in dicta. l. stipulationes nō diuidūtur qꝛ non sit equiparatio quo ad omnia inter stipulationē rem tradi fossam fodi ⁊ insulā fabricari. ⁊ hanc opinionē sub dubio: etiā videtur sequi imo. quod equiparef obligaf. rem restitui quādo quis precise cogi pōt ad rem tradendā sicut in terminis nostris: vt. ĩ. patebit: ⁊ sequitur eandem dominus Lodo. de roma. in dicta. l. stipulationes non diuidūtur. ⁊ Pau. de castro in. d. §. cato. ⁊ tenēdo hāc opinionē dico ⁊ concludo indubitanter qȝ predictus sempronius nō cogitur retrouēdere totū si nō vult: igitur nec cogitur tradere tres quartas si nō vult sed habet electionē vel tradere tres quartas vel totum: si non vult incidere in cōmunionē: nō autem potest dicere ego nolo tradere tres quartas quia non teneor: nec totum: quia vobis nō cōpetit ius: quia tantū potest agentes excludere a tribus quartis offerendo se velle tradere totum vel nihil. Quod autem hoc sit verissimum demonstratur pluribus medijs incōuincibilibus. ¶ Prio qm̄ si obligatio rē tradi equiparatur obligationi rē restitu. secundum hanc opinionē ⁊ per easdem leges determinatur sicut obligatio rē restitui: vt patet ex opi. pe. ⁊ cy. ⁊ aliorum supra relatorū qui easdē leges allegāt ī obligatiōe rē tradi: q̄s allegāt in obligatiōe rē

42 restitui vēdicāt sibi locū in obligatiōe rē tradi qꝛ † ista ē regula qȝ oīs virtus termini ad quē fit eqparatio transfundif in terminū eqparatū: hec est doctrina Barto. cōiter approbata in. l. j. ff. de lega. primo: pro qua anno preterito allegaui casum in. l. illud. ff. de donatio. causa mortis. ⁊ in. l. j. §. j. ff. si quid in fraudem patro. ⁊ insti. de dona. §. est ⁊ aliud. ⁊ glo. bene probantem in. c. j. extra ne sede vacā

43 te. Sed ego habeo † ꝙ vbicunqȝ quis est obligatus ꝙ aut obligatio est diuisibilis: ⁊ tunc cuilibet fit solutio pro parte sua. Aut indiuisibilis: ⁊ tunc si ille qui agit satisdat potest ei totum solui. casꝰ est valde notabilis faciens hanc distinctionem in. l. j. §. si pecuniaȝ ff. depositi. ⁊ in. l. si stipulatus. §. si lancem. ff. de solutiōibus immo quod plus est quando res est diuidua potest solui integre maiori parti creditorum: vt est casus singularis in. l. si plures. ff. depositi. vnde cum in terminis nostris: tū quia dicitur rem indiuiduā solutione: tū quia agens satisdedit ⁊ sunt agentes maior pars: igif debet cogi debitor ad tradendū. Et ita in obligatione rē restitui per dicta iura concludit Ludo. roma. in dicto. §. cato. colum. xiij. vers.

44 vj. adde ꝙ ipse Barto. cōsiderauit. ¶ Secūdo hec † conclusio ꝓbatur. nam est aduertendum quid est hoc dicere stipulationem siue promissionē esse indiuiduā soluti. Et certe nihil aliud est dicere nisi quod solutione facta in parte debitor nō liberatur ex eo ne contingere possit solutionē fieri in diuersis corporibus per tex. in dicto. §. pro parte: nō aūt ex eo qȝ res pro parte solui non possit: et ita est in promissione rem tradi: que tamen dicitur indiuidua illo respectu ne facta traditione pro parte pro alia parte post moram succederet obligatio ad interesse: ⁊ sic posset contingere soluti. fieri in diuersis corporibus non autem ex eo quia fundus pro parte tradi non possit quia immo tradi potest. Et tantam vtilitatem affert in parte respectu partis quantam in toto respectu totius: vt ita declarat Bartolus in dicta. l. stipulationes non diuiduntur in tertia questione. et sequuntur ibi communiter docto. ⁊ in dicto. §.

45 cato pro parte. ¶ Sed vbicūqȝ † ratione predicta obligatio dicif indiuidua. Ego non video nec reperio ꝙ quis non possit cogi ad solutionem partis debite. Nam nos videmus ꝙ si plures heredes sunt promissores debentis ⁊ obligati obligatione indiuidua solutio. tantum. Nulli dubium quod vnus heredum cōueniri potest pro parte sua: vt est casus in. d. l. ij. §. ex his igitur immo quod plus est licet quando quis solueret ꝑtem suam puta dimidiam hominis in genere ad quam tenebaf soluendo partē stichi non liberaretur donec alius solueret in eodē homine: vt in. d. §. ex his. hoc verum quando posset contingere soluf. alterius medietatis fieri in alio homine: als secus ⁊ ideo dicunt docto. ibidē maxie dominus Cumanus Paulus de castro ⁊ moderniores: ꝙ si electio esset creditoris ex quo agendo ad dimidiam certi hominis videretur eligere nec posset variare: tunc cōtingeret liberatio in illa parte. Et est casus quē ibi no. Ang. in. l. cū debitore. in fi. ff. rē ratam haberi ergo in terminis nostris idem dicamus ꝙ isti possint agere pro par

tibus eorum:quia talis indiuiduitas non impedit executionē.sꝫ liberationē eo maxie qꝛ talis ratio indiuiduitatis ne fiat solutio in diuersis corporibus ꝯsideratur in psona vnius non in psona pluriū psonarū: vt ptꝫ per oīa iura in hac materia allegata.¶Ter
46 tio ⁊ vltimo † hec opinio confirmatur rōne inconuincibili.qḋ immo sempronius teneatur ad illas tres quartas. Nam vbicūqꝫ nō pōt contingere solutio.fieri in diuersis corporibus. tūc hoc casu solutio scinditur ⁊ contingit liberatio ⁊ sic scindit solutio non solum quātum ad effectū executiuū:sꝫ etiā quantū ad effectū liberatiuū: qḋ ptꝫ per ea que dixi in precedenti fundamento:sꝫ in casu nostro nō potest ꝯtingere solutio .fieri in diuersis corporibus. igit ⁊c. qḋ autē hoc non possit contingere probatur ex duobus ¶Primo qꝛ pdictus sempronius pōt pcise cogi ad reuendendum eundē fundū ergo nō potest cōtingere in parte solutionis fieri interesse qḋ autem possit precise cogi.ī.latius declarabit. Secundo quia
47 †quando obligatio est indiuidua solutio.tantū tūc quando respectu vnius contingit liberatio per sniam vel acceptilationem ceterorum tantum partes in obligatiōe pmanent. Casus est clar⁹ in.l.ij.§.si tamen hominem.ff.de verb.obli. secundū intellectum approbatum per Bart. ⁊ omnes: Ergo cum in terminis nostris quātū ad psonā matris cōtingat liberatio ex lapsu temporis ceterorum tantum ptes in obligatione pmanēt: Et si dicas tempore non dicitur exclusa ipso iure. hoc non obstat quantum ad terminos nostros: qꝛ dictus.§.si tamen hominem loquitur de excluso. p sniam: ⁊ sic non ipso iure: ⁊ tamen deciditur ibi ꝙ tm̄ quantum
48 ad aliorum partes subsistit obligatio.¶Nec†refragatur si dicas ꝙ §.si tamē hominem loquitur in pluribus debitoribus: quia dico ꝙ illud quod in materia indiuidua statuitur in pluribus debitoribus idem statuitur in pluribus creditoribus: vt supra dixi per tex.in dicta.l.ij.§.ex his igitur.¶Preterea eadem est ratio: quoniam ideo procedit dispositio.§.si tamen homines quia in illa pte in qua effectualiter contingit liberatio non potest contingere solutio.fieri in diuersa re. Ergo idē in casu nostro quādo contingit liberatio respectu persone vnius ex creditoribus cum quantum ad eius personam non possit cōtingere solutio fieri in diuersa re. Argumento.l.illud.ff.ad.l.aquiliā.⁊.l.a titio. ff. de verbo.
49 oblig.¶Accedat ad predicta†nam vt dicit dominus Raph. fulgo.in.d.l.ꝙ si nolit.§.idē marcellus licet obligatio tradēdi sit indiuidua respectu corporalis traditionis ⁊ facti.l.p parte.ff.de serui.ti.generali:⁊.l.si duo depositi.ipa tamē obligatio tradendi est diuidua respectu iuris.qꝛ pōt pro parte tradi pro indiuiso respectu dn̄ij vel quasi. Argumento.l.si vt certo.§.si duobus vehiculū: sed commodati qḋ est notabile ⁊ subtile.¶Ex quibus omnibus stat firma conclusio ꝙ respectu indiuiduitatis solutio. tantū nō possunt predictus Mathias ⁊ Antonius excludi a predicta petitione reuēditionis tenendo hanc secundā opinionē: quia saltim vel ad totum vel ad partē cogi potest predictus sempronius.¶Re
50 stat nunc videre†quare hoc est ⁊ qua ratiōe procedāt rōnes ⁊ autoritates supra deducte: quibus concludit ꝙ sempronius cogi nō potest ad reuendendum partes: Et certe vt supra dixi predicta procedunt duobus concurrentibus. Primo qḋ ille qui habet reuendere dicat se nolle reuendere totum. Secundo qḋ si partem reuenderet teneretur ⁊ cogi etiam posset alteri reuendere: Et vt conclusio ī intelligatur ⁊ clarior reddatur subijciamus rem exemplo. Titius tenetur sempronio ⁊ Martino reuendere domum: sempronius vult reemere. Martin⁹ nihil dicit vel dicit adhuc se nolle reemere Et tamen potest adhuc velle: certe ticius nō tenetur reuendere partē neqꝫ totā partem ne incidat in cōmunionem. Et qꝛ non emisset illam rem nisi credidisset se habiturum totū. Nec pōt cogi dicendo Ego volo emere totū quoniam potest dicere titius ego nolo tradere totum quia alteri teneor. ita procedit tex.in.d.l.quod autē ⁊ pcedunt supradicte auctoritates: ⁊ auctoritas Pauli de castro su
51 pra relata. Et ideo†dicit Bal.in.d.l.qḋ autem.§.item ꝙ sabinus ff.de in diem adiec. quod vnus contradictor magis operatur quā factum multorum: ideo etiam forte dominus Raph.in.d.l. quod si nolit.§.idem marcellus dicit qḋ si vnus ex emptoribus soluit totum precium potest cogere venditorem vt partem sibi venditā tradat: ⁊ non dicit vt totum tradat a contrario sensu illius tex. quia alteri partem tradere tenetur. Et ita colligit etiam Bal.in.l. fistulas.§.qui fundum.ff.de contrahen.emp. vbi dicit no. qḋ venditor non cogitur ad traditionem alicuius partis nisi tota pecunia soluta: ⁊ ita etiam procedit tex.in.d.l.qḋ si nolit.§.si plures.ff.de edili. edic.cum similibus. Nec tunc obstat ratio cōmuniōis: qꝛ ex quo habet totum precium: partem quam habet penes se habet ex causa lucratiua: tamen vtilius est ei rem communem habere quam non habere: ergo talis communio non consideratur ad que bene facit casus valde no.in.l.si ita relicta seruis duobus.ff.de ma.testamento. Et hic non est casus noster: quia dato quod predicti Mathias velint emere partem ⁊ totum inquantum opus sit predicta domina Dorothea eorum mater non posset si vellet reemere amplius.

Sed vbicunqꝫ vnus ex illis Cui competebat ius reemendi est exclusus tūc dico quod compellitur venditor vel ille qui promisit vēdere vel rem pro parte tradere si vult vel totum tradere ex quo alij venderet nō tenetur: tunc enim cessat ratio inuite communionis. Item cessat ratio qꝛ non potest dicere totum offerre tibi non possū qꝛ alteri debeo: ergo cessante omni ratione dꝫ cessare dispositio .l. adigere.§.quamuis.ff.de iure patro.c.cum cessante extra de appela. Et hanc conclusionem credo verissimam sicut deus est in celis. Quam comprobo ⁊ iuribus ⁊ auctoritatibus.¶Primo per tex.in d.l.qḋ si vno ꝟ.quemadmodum.ff.de in diem adiectione. vbi est tex.qḋ si vendo tibi fundum ea lege quod si alius meliorem condi. attulerit quod res sit inempta. demū alius mihi meliorem condi. affert quo ad dimidiam fundi. Queritur nunquid si recipio hanc condi. venditio rescindatur dicitur quod non qꝛ nō fuisset empturus nisi totum habiturum se credidisset: ⁊ tamen nulli dubium qḋ ibi si quo ad totum fundum fuisset oblata melior conditio qḋ illo casu venditio rescinderetur. Ergo cum iurisconsultus ibi procedat ponendo casum similem superiori in quo tractauerat quando venditores plures fuerant. Sentit aperte decisionem illius tex. pcedere ex eo qꝛ tantū in parte emptori erat oblata melior conditio nō quādo super toto: quia tunc nihil dicit: immo cōtrarium videt aperte decidere ponendo predictam similitudinem.¶Secūdo hec pars confirmatur per casum.l.cum einsdem.ff.de edili.edicto: vbi si emptor plurium rerum vult agere redhibitoria non potest agere respectu aliquarum rerum inuito venditore nisi agat respectu omnium.¶Ad idem est tex.in.l.ediles.§.si iumenta . eodem titu. ¶Tertio hoc probatur per casum no.in.l.tutor.§.j.ff.de mino. vbi est casus quod si curator vendidit fundum communem cum minore ⁊ minor velit in integrū restitui restituitur ⁊ rescinditur vēditio p sua parte tm̄ nisi emptor velit a tota empti. discedere: ecce ꝙ ibi nō pōt simpliciter dicere ego nolo discedere: sed tātū eo casu quo vellet a toto contractu discedere: ⁊ ille qui vellet cōtractū rescindere vellet tantū pro parte.¶Quarto hec opinio ꝯfirmatur p text. vbi est casus iudicio meo in.l.fundus ille.ff.de contrahen.empti. vbi habetur ꝙ si emo rē mihi ⁊ sempronio ꝙ in persona sempronij nō cōsistit emptio. Et ideo dicit ꝙ emptio tenet in totum in persona mea ⁊ rō est duplex. prima secundum saly. ibi post gl. qꝛ interest vēditoris qḋ altera pars sempronij mihi accrescat: quia grauaretur nisi in totū teneret venditio. Argumento.l.iulianus.§. idem celsus. secunda ratio est secundum saly. quia inuitus incideret in cōmunionem: ergo patet ꝙ quando emptio non cōsistit in persona alterius ꝙ vēditor tenetur vel partē tradere si vult vel totā si vult quia hoc est inductum in sui fauorem propter suum interesse vt ēt aperit Bar. in dicta.l.re coniuncti ⁊ in dicta.l.si mihi ⁊ titio.¶Et
52 aduertat iudex†ꝙ omnia predicta iura loquuntur qn̄ ille qui est obligatus rē tradare potest rem totam tradere: nec remanet alteri obligatus. Quo casu tunc cogitur vel partē tradere vel totā. Nec potest dicere totam nolo tradere: quia alteri teneor ⁊ partē tradere nolo ꝙ etiam deducitur auctoritatibus tribus que hoc aperte
7 glo.C.de proba.Probis † etiā facit qd̄ no.Jo.an.in addi. Spec. in ti.de loca.in rubrica.vbi ꝯcludit q̄ si tpe guerre miles recipit custodiā.vř etiam diligentiā p̄mittere vt castrum etiā per violentiā non auferař.Argu.l.naute.in si.ff.nau.can.stabu.τ no. in.l.cū qd
8 ff.si cer.peta.Et sic p̄missio † vř intelligēda secundū terminū τ statum tēporis q̄ tpe promissionis viget: cū ergo in casu nostro tātū stipēdiarij florentini inferrent dāna τ verisimiliter erāt illaturi de
9 his dānis itelligi d3 p̄missio.¶S3 magis in specie h̄ † decidit bal. in terminis in.d.§.quesitū in.viij.col.vbi dicit: qd̄ si quis suscipit in se periculū predonū τ exbānitorum nō vř suscepisse periculū exercitus: q: ista vī maior violentia de qua non vř cogitatū.Argu.d.
10 §.vis maior τ.d.§.exercitus.¶Confirmař hoc † idē ex his que ponit Bal.in suo cōsilio qd̄ incipit verba debebāt: vbi dicit q̄ ille q promisit manu tenere clusam molendini: τ suscepit in se oē rischiū τ periculū nō teneř de ruinā que ꝯtingeret ex vi fluminis τ abundantia aquarum insolitissima.Allegat tex.in.l.fistulas.§.frumen
11 ta.ff.de ꝯhen.emp.¶Ad idē † pro hoc vltimo adduco qd̄ not.bar. in.d.§.quesitū i quibusdā lecturis: vbi dicit q̄ ille q obligat se ad casum teneř de casu solito τ verisimiliter contingente.nō de insolito τ verisimiliter nō cōtingēte per tex.in.d.§.frumēta.τ hoc idem voluit Bar.per illū text.in.l.seyo amico.§.medico.ff.de annu.leg. τ do.Anto.in.c.j.de cōmo.allegādo Bar.in.d. §.quesitū hoc idez
12 voluit † Bal.in penul.col.in.l.falsas.C.de fur.vbi dicit q̄ suscipiens in se casum fortuitū nō vř suscipere casuz extraordinariū: τ omnia fundauit in.d.§.frumēta.Et predicta sunt etiā de mēte Bart. in.l.cotem ferro.§.q maximos.ff.de publi.τ eiusdē Bar.in sua disputatione q̄ incipit publicanus.Nec obstāt verba instrumēti duz dicunt τ aliarū personarū.Nam si ex verbis p̄cedentibus nō comprehendeř violentia per viā exercitus que inferř ab hostibus l3 fuerit susceptū periculū stipendiarioꝝ.Ita p illa verba ḡnalia sequētia τ aliarū personarū talis violentia nō cōprehendiř . Sed illa q̄ fieret a personis similib⁹ non per viā exercitus.argu.l.si.§.cui dulcia.ff.de vino tritico τ oleo lega.τ in.c.sedes τ ibi do.Ant.τ aliȷ̄ extra de rescriptis τ tradunt moderni in.d.§.quesitū vbi concludūt qd̄ huiusmodi clausule generales nō cōprehendūt casus maiores expressis.Sit ergo cōclusio q̄ ꝯductori talis remissio mercedis fieri debet.Laus Deo.Bartolomeus sozinus senensis.

Consilium Centesimū vigesimū quartū.

¶Sūmarium habes ex positiōe casus in p̄ncipio: Et ponit etiam qñ institutio facta de nepotib⁹ cōprehendat p̄nepotes.

¶Summarium.

1 Nepos quis proprie dicatur.
2 Institutio si fiat de nepotib⁹ an τ qñ cōprehendat p̄nepotes.
3 Oratio si quis filioꝝ decesserit: hereditas deueniat in superuiuētes quando verificetur.
4 Interpretatio testamenti non est fiēda iuxta rei veritatem: sed iuxta testatoris opinionem.

Dominus labia mea aperiat Et spiritus sanctus intellectū. Fortes habēs vnū nepotē ex vno eius fratre p̄mortuo τ quatuor p̄neptes ex eodē nepote τ habens plures p̄nepotes ex tribus eius nepotibus p̄mortuis q etiā fuerāt filij fratrū ipsius Fortis: fecit testamentum τ instituit omnes ipsius testatoris nepotes videlicet quēlibet eorum pro parte sibi contingente vnde cum ex quibusdam nepotib⁹ sint plures pronepotes quam ex alijs. Queriř pro qua rata censeantur
1 instituti heredes. Pro cuius † conclusionis intelligentia. Ego p̄mitto q̄ ille dicitur proprie nepos qui descendit ex filio τ qui ex nepote pronepos.l.iurisconsultus.§.ij.gradu.ff.de gradibus.¶Tamen secundum cōmunem vsum loquendi appellatione nepotis venit etiam filius fratris vt in.c.j.§.similiter.τ ibi Jacob .de beluiso quib.mo.feu.amittatur τ tenent glo. Bal.τ alij in.l.ij.C. de succes. edicto.τ canoniste in.c.per tuas de proba. Et hunc cōmunem vsuz loquendi secutus est Fortes testator cum non habeat nepotes ex fi
2 lijs sed tantum ex fratre.¶Secundo ego † premitto qd̄ licet dubitari possit. An instituendo nepotes dicatur instituisse pronepotes iuxta no.in.l.gallus.§.instituens.ff.de libe.τ posthu.τ in.l.cui eorum.§.affinitatis.ff.de postulando.τ.l.liberorum.ff.de verbo.signifi. Tamen in casu nostro indubitanter veniunt pronepotes ex quo vniuersaliter τ in numero plurali dixit omnes nepotes suos. Unde absurdum esset dicere q̄ talis institutio verificaretur tantū in vno nepote: pluralis locutio saltem in duob⁹ verificari debet.l. vbi numerus.ff.de testib.τ in regula pluralis loquutio de regulis
3 iuris in.vj.cum materia. Et hec † probantur ex singulari determinatiōe Bar.in.l.si.ff.ad treb. Ubi ista oīo siq̄s filioꝝ decesserit hr̄ditas deueniat in superuiuentes verificatur in femina instituta in re certa si non instituit nisi duos masculos ad hoc vt illa oratio verificetur in superuiuentes ex quo non comprehēderet nisi vnicum filium que alias non cōprehenderetur.¶Quibus premissis cōsidero quod dicte institutioni triplex potest dari interpretatio : et tribus modis dicta institutio interpretari potest in proposito nostro ¶Prima est q̄ nepos ex fratre cum quinq̄ filijs habeant sex partes hereditatis. Quatuor pronepotes seu his nepotes ex vno nepote.iuxta vulgare habeant quatuor partes duo alij pronepotes duas alias partes: τ sic hereditas iuxta diuisionem legalem de qua in.§. hereditas insti.de heredi.instituen.diuideř in.xij.partes.τ distribuetur vt dictum est.ista conclusio videtur probari ex claris verbis testatoris. Nam sub appellatione nepotum etiam voluit cōtineri his nepotes: sed ipse instituit quēlibet nepotuz : ergo cuilibet remitti

remitti debet p virili τ sic in capite institutis. de here. insti. §. si plu
res τ. l. quotiens. §. heredes. ff. de here. insti. Nec vr obstare quod
testator dixerit pro parte sibi contingente: qr illa verba videntr de
necessitate intelligenda pro virili in qua sunt instituti. Ista respō
sio probat. Nam aut volumus intelligere de parte ɔtingente ab in
testato. Et hoc vr impossibile ex quo solus nepos succedebat ab in
testato τ nō bis nepotes. vt in aut. post fratres cum ibi no. la. ij. C.
de legiti. heredi. Aut volumus intelligere ex testamento τ tunc ne
cesse est se referre ad dictā institutionem τ sic intelligi debent dicta
verba sc3 pro virili secundū numerum pronepotū seu bis nepotū:
τ sic vr primo respectu q dicta interpretatio sit nedum probabilis
sed necessaria. ¶ Scda interpretatio dari potest q ille nepos solus
censeat institutus τ nō eius filij: τ alij sc3 bis nepotes: Et sic q he
reditas videatur diuidenda in sex partes: vnā habeat nepos: alias
habeant alij bis nepotes. ¶ Ista conclusio vr probari duplici rōne
¶ Prima ratio est qr ex quo instituit nepotes vr instituisse illū ne
potem τ nō eius filios: τ l3 talis institutio comprehēdat alios bis
nepotes de necessitate dico q inquātum fieri potest minus recede
re debemus a proprietate verborum. l. nō aliter de leg. iij. l. j. §. si is
qui nauem. ff. de exercito. Unde cum in persona nepotis sit prima
causa sanguinis τ prima affectio illū censetur instituisse τ nō eius
filios. argu. l. gallus. §. j. cum ibi no. ff. de libe. τ posthu. Secus aūt
est in alijs pronepotibus quos eorum parentes non precedunt: vn
de non est eadem ratio recedendi a proprietate verborum. ¶ Scda
ratio est quia instituendo pronepotes sub nomine nepotum vide
tur eos habuisse loco nepotum. l. alimēta τ qd ibi no. ff. de alimē. τ
ciba. lega. Quod quidem colligi nō potest ex persona nepotis qui
viuit: τ sic videtur voluisse simul cum illo nepote alios pronepotes
tanq nepotes instituere. ¶ Tertia τ vltima interpretatio est qd si
cut quatuor erant nepotes ex fratribus ita quatuor partes fieri de
berent τ vnam partem haberet nepos τ alteras tres alij pronepo
tes in stirpes sicut eorum parentes successissent si viuerent. ¶ Ista
conclusio primo probat qr vocauit pronepotes sub nomine nepo
tum ex quo datur intelligi q pari affectione diligebat eos sicut eo
rum parentes qui erant nepotes. Argu. d. l. alimenta. cum si. τ no.
Lodo. de roma. in. l. si vero. §. de viro. ff. so. ma. in. xxxv. fallentia. et
sic q voluit eos vocare ac si eius nepotes τ c3sequenter eorum pa
rentes si viuerēt quo casu diuidenda fuisset hereditas vt dictū est.
¶ Secundo probatur per illa verba pro parte tangente ex quibus
vbis apte psupponit testator q citra istitutionē ad aliquā partē
admitterentur: scilz ab intestato qr aliter intelligi non potest: τ sic
sensit q pronepos subintraret locū nepotū ad succedendū cū dctō
nepote ab intestato sicut filij fratrum succedūt in locū fratrum ad
succedendū cum patruis: vt dicta aut. post fratres la. ij. C. de legit.
4 heredi. τ l3 hoc modo sit verū de iure vt dictum est tn̄ dico † q inter
pretatio fieri debet nō iuxta rei veritatem sed iuxta testatoris opi
nionem. casus est no. τ ibi Ang. τ imo. in. l. quo loco. §. j. ff. de insti.
τ sic cum opi. eius fuerit q pronepotes succederent in locū paren
tum ab intestato: Et sic in stirpes. ita cēsendum est eos voluisse he
redes institui. ista aūt opinio nō potest colligi in pronepotibus ex
nepote viuo qr nō est censendum q testator fuerit ita supinus qd
crediderit filios nepotis succedere ab intestato existente eorum pa
tre in priori gradu cū quilibet hoc intelligit τ cognoscit q nō est in
alijs nepotibus τ nepotibus pmortuis. ¶ Tertio confirmat quia
secundum hanc interpretationem dicta verba pro parte sibi cōtin
gente τc. multum operantur. ¶ Secundum primā interpretationē
etiā q intelligatur pro virili nihil operantur: qr vtiq idē dicendū
fuisset. d. l. quotiens. §. hides. ergo interpretari debent vt aliquid
operent. l. si quando de lega. j. τ. l. si quando. C. de inoffi. testa. τ in
c. si papa de priuileg. Postremo aliqui testes extraiudicialiter exa
minati affirmant maxime vnus q ista fuit voluntas testatoris vt
credunt: quorum attestatio coadiuuat pcedentia. Cū voluntas te
statoris totum faciet. l. ex facto la grande. ff. de here. insti. ¶ Ex qui
bus omnibus concludo q dicte hereditatis quatuor partes fieri
debent vnam habere debet nepos: aliam quatuor nepotes ex ne
pote premortuo alias duas duo alij pronepotes ex nepotibus pre
mortuis τ hanc interptationē arbitror esse iuxta mentē defuncti
quā sequi debemus. Laus Deo. Bartolomeus sozinus senensis.

¶ Consilium Centesimū vigesimū quintū.

¶ An mulier q renūciauit iuri hypotecarū ɔsentiendo alienatio
nib9 factis p virū si agat ɔ correū ꝓmittentē dotis restitutionem:
An possit repelli a cōuento bn̄ficio exceptionis cedendarum.

¶ Summarium.

1 ¶ Mulier que renūciauit iuri hypotecarū in rebus alienatis an
poterit agere ad dotē cōtra vnū ex pluribus sibi obligatis ꝓ resti
tutiōe dotis nō obstāte exceptione cedendarum.
2 Creditor agēs ɔtra vnū ex duobus reis tenet sibi cedere actiones
nedū personales sed etiā hypotecarias.
3 Et si ex culpa sua non potest cedere quia renunciauit repellitur ab
agendo.
4 Mulier vbi agit contra reum vel fideiussorem si nō potest ei actio
nes cedere: quia renunciauerat iuribus suis in re alienata per ma
ritū excluditur ab agendo.
5 Lex stichū. §. pe. ff. de solu. nō habet locū in dote.
6 Duo fratres qn̄ se obligāt pro restitutione dotis vxoris alteri9 ip
sorum non censentur magis se obligare ex charitate τ ratione con
iunctionis τ affectionis q sub contemplatione obligationis seu
hypotece ipsius mulieris.
7 Exceptio cedendarum actionum habet locū in fideiussoribus qui
se cū principalibus obligāt τ non in duobus reis volūtarie se obli
gantibus pro restitutione dotis.
8 Et qn̄ habeat locū in duobus reis. Et an habeat locū qn̄ alter con
sensit liberationi alterius correi. nu. 10. Et q nō habet locū qn̄ re
nūciatio hypotecarum cessit in vtilitatem opponentis nu. 14. Et
q huic exceptioni pōt renūciari nu. 18.
9 Reus debēdi an possit opponere exceptionem cedēdarū actionu3
si est renunciatum beneficio diuisionis.
10 Conreus siue fideiussor quando ɔsentit liberatiōi alterius conrei
τ eadem ratione liberationi bonorum suorum nunq obstat exce
ptio cedendarum.
11 Duo si simul emāt aliquā rē videntur ad inuicē pstare cōsensum: et
ius pignoris qd habebāt in illa re remittere.
12 Consentire vr pater filio qn̄ ipse τ filius simul agunt.
13 Stāte statuto q filius nō possit se obligare sine licētia pr̄is satis erit
si in eodē instr̄o pater τ filius se obligent.
15 Retrouendere an teneatur emptor qui vno precio emit fundum a
duobus cum pacto de retrouendendo τ vnus sit paratus emere al
ter non.
16 Defendere an quilibet teneatur insolidum emptorem qn̄ duo si
mul fundum vendiderunt.
17 Culpa q nō ordinat ad casum nō solet imputari.
19 Per renunciationem generalem nō videt renunciatum beneficio
exceptionis cedendarum.
20 Bona mariti qui de bonis suis vsq ad q̄titatem dotis donauit
sunt pro dote hypotecata.

Dominus labia nostra ape
riat. Et spiritus sanctus illuminet intellectum quoniā
ex forma instrumenti dotalis aperte constat Bartolo
meum esse obligatum domine Thomasie ad restitutionem dotis
sue ex quo ambo fratres se insolidum obligant iuxta no. per doct.
in. l. ij. §. j. ff. de duobus reis τ per Bart. in. l. si consul. in. viij. qōne
prime partis. ff. solu. matri. Et per modernos in. l. si cum dotē. §.
1 transgrediamur eo. ti. Sola † difficultas remanet nūquid ipa pos
sit repelli exceptione cedendarum attento q propter renunciatio
nē per se factā iuri hypotecarū ei cōpetētiū in quibusdā bonis alie
natis per virū non possit cedere actiones hypotecarias que sibi cō
petebant in dictis bonis τ certe prima facie videret dicendum qd
2 ipsa repellatur quia † creditor agens ɔtra vnū ex duobus reis tene
tur sibi cedere actiones. l. modestinus. ff. de solutio. l. j. τ ibi not. C.
de duobus reis τ nō solum psonales verūetiā hypotecariā in bōis
cōpetētē. l. ij. τ. l. cū alter. C. de fideius. l. fideiussorib9. ff. eo. ti. Que l3
loquant in fideiussoribus idē tn̄ dicūt doctores in duobus reis cū
ad inuicē fideiubere videant. l. vir vxori cū ibi not. ff. ad vell. τ per
Bar. in. l. reos in pn̄. de duob9 reis τ ita tenet Bart. in. l. modesti
nus. ff. de solu. τ Bar. de saly. in. d. l. j. C. de duobus reis: Sed vbi
3 cunq † petit q creditor cedat act3. τ ipe pp culpā suā non potest ce
dere semp repellit ab agendo. l. stichū. §. pe. ff. de solu. plene no. per
Bar. in. l. si stipulatus. §. j. de fideiusso. ꝓpter qd vr q cum dn̄a Tho
masia ꝓpter renunciationē quā fecit iuri hypotecarū sit impedita
cedere actionem hypotecariā ɔ bona olim mariti sui q ipsa exclu
4 dat. τ pro † ista parte ɔ prefatā dominā vr esse decisio Bar. Saly.
τ cōmuniter scribentium in. l. iubemus. C. ad velle. dicentiū q vbi
mulier agit ɔ reū vel fideiussorē si non potest ei actiones cedere ex
eo qr renunciauerat iuribus suis in re alienata p maritū excludat
ab agendo: l3 secus dicant vbi ageret cōtra tertium possessorē. Et
ratio differentie est qr reus non vr contraxisse emendo res mariti
contemplatione rerum hypotecarum vxori: secus in eo qui se obli
gat ipsi mulieri: videtur enim contraxisse τ se ei obligasse pretextu
securitatis quā habet propter hypotecam mulieris in bonis mari
ti que sibi cedenda erit. Et ita etiam tenet bar. in. d. l. si stipulatus
§. j. de fideiusso. Quinimmo specu. in ti. de renun. §. j. ver. sed pone
generaliter voluit q etiā mulier repellatur si contra tertiū posses
sorem agendo opposita sibi fuerit exceptio cedendarum actionu3
quas ꝓpter renunciationem suam cedere non potuit l3 doc. in hoc
dicto speculatoris videātur ɔtrarium tenere: Et ex predictis vide

tur concludendū mulierem p̄dictā iure excludi ex quo culpa sua
factum est ꝙ actionē hypotecariā cedere nō potest. ¶Sed istis nō
obstantibus incontrariū vr̄ est veritas: ⁊ quia vt supra dictum est
mulier habet fundatā intentionē suā ex instrumento solūmodo vr̄
laborandum in tollendo ea que. s. in contrariū sunt adducta scꝫ vt
ꝙuis facto mulieris impedita sit cedere tamen hoc non habeat ei
obstare. ¶Et primo ꝙ p̄dicta renunciatio nō videatur in hoc ca-
su nocere mulieri videt̄ esse tex. in. d. l. iubemus. C. ad vell. qui sim-
pliciter concedit mulieres posse renunciare iuribus hypotecarū si-
bi cōpetentium ⁊ ꝙ talis renunciatio nō habeat nocere mulierib⁹
renūciantibus neq̄ in aliis rebus in quibus non renunciauerunt
neq̄ respectu alioꝝ cōtractuū neq̄ respectu aliarum personarum
per quē tex. non vr̄ posse dici obstare mulieribus exceptionē ceden
darum q2 semper sequeret̄ talē renunciationē nocere respectu alia
rum personarū. Ex quo si ageret mulier ꝯtra fideiussorē in quo ca
su dari posset, vel cōtra correū debēdi repellere t̄ excep. cedendarū ⁊
sic in effectu frustraretur dispositio. d. l. iubemus cōtra regulam cū
quid vna via cum materia de reg. iuris in. vi. ꝙ non est dicendum
5 ¶Et ad † tex. in. l. stichum. §. pe. cum simi. posset dici ꝙ fallit in do-
te in qua aliter speciali iure introductū sit neq̄ vr̄ esse hoc absurdū
cum infinita specialiter ⁊ in priuilegium in dotibus cōstituta sint
iuxta plene no. in. l. j. ff. so. ma. ⁊ in. l. j. C. de priuile. dot. Et maxime
q2 cū fuerit introductū vt possint sibi in dotibus p̄iudicare renun
ciando iuri hypotecarū contra. l. de die ⁊ l. attilicinus. ff. de pactis
dota. Non est mirū qd̄ fuerit hoc restrictū iuxta formā. d. l. iubem⁹
⁊ ideo nullū sibi fiat in dotibus preiudiciū si actiones non cedunt
6 ¶Secundo pōt rn̄deri † qd̄ vbicūq̄ duo se obligant mulieri ad re-
stitutionē dotis sub cōtēplatione obligationis seu hypotece ipius
mulieris cōpetenti in persona ⁊ bonis alterius conrei tūc mulier
repellat̄ si nō potest sibi actiones cedere culpa sua. ⁊ ita dicūt Bar
to. ⁊ alii doctores in. d. l. iubemus. vbi vero nō se obligāt hoc respe
ctu sed ex caritate ⁊ rōne coniunctionis ⁊ affectionis: tūc secus: sed
sic est ꝙ obligatio duorū fratrū presumat̄ hoc secūdo respectu ema
nasse nō aūt primo vt tenet Bar. in. l. si constante in. viii. qd̄. prime
partis. ff. so. ma. dicens non hr̄e obstare titulū ne fideiusso. dotium
dent̄ qn̄ obligant̄ duo fratres vel similes psone ad restitutionē do
tis. q2 non perfidie cā vident̄ adhibiti quia nō valeret alterius fra
tris nō mariti promissio: sed quasi ex fraterna caritate ⁊ amore vi-
dent̄ ambo simul se ad dotē astrinxisse: ⁊ sic dicēdum est in casu no-
stro: tū q2 alias talis obligatio nō valeret vn̄ facienda semper est in
terpretatio vt actus valeat. l. quotiēs. de rebus dub. cum simi. tum q2
qs in dubio vr̄ semper motus rōne sanguinis ⁊ naturalis cōiūctio
nis qn̄ subest potius quā alterius cause extrinsece seu accidentalis
l. tutor. §. que tutoribus. ff. de excu. tuto. no. Bal. in auc. ex testō cir-
ca tertiā col. C. de colla. ex qbus sequit̄ ꝙ nō hēat obstare exceptio
cedendarū ex quo hac rōne nō intercessit ꝟm doctrinā Bar. ⁊ alio-
rum in. d. l. iubemus allegantiū tex. ꝟm vnam lec. in. d. l. §. j. de fide
7 iusso. ⁊ in. l. si titius in. §. meuia eod. ti. ¶Tertio rn̄det̄ † ꝙ omnia
iura q̄ loquunt̄ de cessione actionū loquunt̄ in fideiussorib⁹ q cūꝫ
se obligent ꝓ principalibus cū intercedant tanq̄ soluturi pro alio
vident̄ intercedere ⁊ se obligare pretextu iurium creditoris ꝯ prin
cipalē reum merito si nō possunt creditores eis cedere repellantur
Et ita dicūt Jaco. de arena. Cy. ⁊ cōiter alii in. d. l. iubemus. Nos
aūt loqmur in duobus reis volūtarie se obligātibus rōne proprie
vtilitatis prout qn̄ ambo recipiunt dotē quo casu non vr̄ habitus
respectus ad iura mulieris: sed ad propriū cōmodum cuius respe
ctu vident̄ adducti ad se obligandū: ⁊ ideo succedit doctrina de q̄
s. in proxima. ii. respōsione. ⁊ per Bar. in. d. l. iubemus ꝙ ꝙuis mu
8 lier nō cedat q2 nō possit nō tn̄ repellat̄. ¶Neq̄ † obstat ꝙ doctores
in locis. s. allegatis presupponūt ꝙ etiā in plurib⁹ reis habeat lo-
cū exceptio cedendarū: ⁊ tn̄ oēs potuerūt p̄tendere vtilitatē: quia
ad hoc respōderi pōt altero de duobus modis. Primo qn̄ in veri
tate totum negociū pertinebat ad vnū reū lꝫ etiā alter vt principa
lis se obligauerit quo casu est eadē ratio que in fideiussore. Secun
do ꝙ procedat vt fiat cessio si fieri pōt: secus si fieri nō pōt etiā ex fa
cto creditoris. Et iste rn̄siones vident̄ tolerabiles q2 sunt funda-
te in dictis doctorū in. d. l. iubemus. ⁊ in. d. l. si stipulatus. §. j. ¶Nō
9 est obmittēdum ꝙ † qn̄ est renunciatum bn̄ficio diuisionis non vr̄
posse reus debendi opponere exceptionē cedēdarū: ita voluit glo.
in. l. vnde querit̄. ff. cōmodati. Et lꝫ Bar. in. d. l. modestinus ⁊ Cy.
in. l. j. C. de duo. reis contrarium teneāt: tn̄ Paul. de cast. in. d. l. vn̄
querit̄ aliter dicit q2 cū possit per illud onus euitare pro dimidia
opponēdo bn̄ficiū diuisionis si non opponit vr̄ conueniri ex facto
alterius. Sed si illud bn̄ficium nō habet q2 renunciauit dr̄ ꝯueniri
ex facto suo proprio: quia se eque principaliter obligauit. ¶Quar-
10 to videt̄ † cōcludenti ratione nō obstare p̄fate mulieri exceptꝫ. ce-
dendarū. Quia vbicūq̄ conreus seu fideiussor cōsentiūt liberatio-
ni alterius conrei: ⁊ eadē rōne liberationi bonoꝝ suorum nūq̄ ob-
stat exceptio cedēdarū. tex. est secundū vnā lec. Et ita tenet ibi bar
to. in. d. l. si stipulatus in. §. j. ff. de fideiusso. Et idē tenuit glo. in. l.
ii. C. eo. ti. ⁊ Cy. ibi qui refert ita etiā tenuisse Dy. ⁊ idem tenet glo.
in. l. nisi. ff. de pactis. Quod aūt in casu nr̄o Bartolome⁹ ꝯsenserit
11 p̄fate renūciationi seu liberationi probat̄ † q2 vbicūq̄ plures se ob
ligāt vel aliqd faciūt in eodē instr̄o vel in eodē actu semper viden
tur ad inuicē his q̄ gesta sunt ꝯsentire ita ꝓbat tex. in. l. titius. ff. q.
mo. pig. vel hypo. sol. vbi dicit̄ ꝙ si duo simul emāt aliquā rē vidē-
tur ad inuicē p̄stare ꝯsensum ⁊ ius pignoris qd̄ in dicta re habebāt
remittere. Idem probat text. in. l. lutius titius eo. tit. Et bn̄ facit
etiā tex. in. l. si gratuitā in. §. fi. ff. qui. mo. pi. tacite ꝯbatur. Ad hoc
idē ēt facit. l. cū pr̄. in. §. libertis. ff. de le. ii. vbi dr̄ ꝙ si plures simul ꝓ
hibiti alienare simul alienauerūt videāt̄ ad inuicē alienatiōib⁹ p se fa
12 ctis ꝯsentire. Et ei⁹ † tex. ar. atq̄ ēt dcā. l. titi⁹ dicit bar. i. d. §. liber
tis ꝙ si pr̄ ⁊ fili⁹ simul agāt vr̄ pr̄ filio agēti ꝯsentire ita ꝙ satisfactū
13 est dispositioni. l. fi. §. necessitate. C. de bo. q̄ libe. Et hoc † etiā con
firmat̄ ex dictis p Ange. ⁊ imo. in. l. is q heres. §. fi. ff. de acq. hēdit.
vbi volūt ꝙ disponēte statuto ꝙ filius nō possit se obligare sine li-
cētia prīs satis erit si in eodē instr̄o pr̄ ⁊ filius se obligēt. Et idē te-
nuit Bal. in. l. fi. C. ad macedo. ⁊ in. l. si fili⁹. ff. de his q̄ sunt sui vel
alie. iur. ⁊ idē Bal. in addi. spec. in ti. de reo. ⁊ Jo. an. in regula is q
tacet de reg. iu. in. vj. in mercuri. cū ergo in ipso actu alienationis
atq̄ in eodē instāti dn̄a Thomasia renūciauerit iuri hypotecarūꝫ
atq̄ res ipsas q̄ alienabātur liberauerit vident̄ ipsi alienātes huic
alienationi cōsensisse. ⁊ istud fundamentū vr̄ verū atq̄ realissimū
14 p qd̄ vr̄ decidi ista dubitatio. ¶Quito Cōfirmat̄ q2 † p̄fatus Bar
tolomeus non potest ei imputare culpā ex qua ipse vtilitatē conse
cutus est. l. cum in fundo. §. primo. ff. de iure dotium. l. ex qua per-
sona de regulis iur. quod autē sit cōsecutus vtilitatē apparet pri-
mo q2 per renūciationē mulieris liberatus est a vinculo hypotece
nō solum pars bonoꝝ viri sui: verū etiā pars quā dictus Barto-
lomeus habebat in dictis bonis q̄ vigore instrumēti dotalis erāt
obligata ipsi mulieri: vnde talis renūciatio de directo cedit in vti-
litatē ipsius: ⁊ quātum ad hoc expeditū videtur ꝙ exceptio ceden-
darū opponi nō possit: ita dicūt Bar. ⁊ docto. in. d. l. modestinus
⁊ in. d. l. j. C. de duobus reis. ⁊ ideo dicunt ꝙ si gestū fuisset tm̄ ne-
gociū rei qui cōuenitur nō posset opponere excep. cedēdarū. ¶Se-
cūdo dr̄ vtilitatem cōsequi etiā quantum ad libertatē respectu par
tis confratris qm̄ verisimiliter domos illas pro parte sua tm̄ alie-
nare nō potuisset neq̄ emptorem inuenisset nisi etiā frater partem
suā alienasset: ⁊ ita p̄sumit lex ꝓut ꝓbat tex. ⁊ ibi glos. in. l. fundus
ille. ff. de cōtrahen. emp. ⁊ in. l. si quis aliam. ff. de solu. vbi tex. in ter
15 minis. Et idem † probat. text. in. l. ꝙ aūt. §. fi. cū. l. sequenti: ⁊ in. l.
ꝙ si vno. ff. de in diē adiectione. quoꝝ iuriū argumē. Bar. in. l. cui
vsusfructus. ff. de vsufructu leg. dicit se consuluisse ꝙ cum quidam
emisset rem vno precio a duobus cū pacto ꝙ eis teneretur reuēde
re infra certū tempus: si postea vnus est paratus redimere alter ve
ro nō vult emere ille nō est obligatus reuendere vni partem suam
quia a principio nō fuisset empturus partē. loquitur autem Bar.
in eo qui emit fundūꝫ sed eius ratio atq̄ leges supra allegate mul-
to magis militant in domo vt quis eam pro parte nō esset emptu-
16 rus vt patet ad sensum. ¶Confirmātur p̄missa † quia si hodie euin
cerentur res: mulier que nō renunciasset posset insolidū conueniri
vt defenderet: q2 lꝫ duo vēdiderint necessitas defensiōis tenet quē-
libet insolidū: ita dicūt Jaco. de arena. Ange. ⁊ imo. in. l. cū ex cau
sa per ibi no. ff. de verbo. obli. ⁊ sic talis renūciatio tendit in vtili-
tatem insolidū dicti Bartolomei maxime hodie si frater nō est sol
uendo ⁊ cōsequenter non pōt excep. cedendarū opponere. ¶Sexto
17 quia cum † tempore renūciationis facte per mulierem illam super
essent tot bona viri: vt in respectu illoꝝ que fuerunt cessa alia erāt
sufficientia: nō videtur imputandum mulieri ꝙ renunciauerit: cū
actiones sue remanerent salue respectu alioꝝ bonoꝝ que remāse-
rāt apud virū: cum presumptio esset nedum ꝙ illas saluas faceret
sed ⁊ ꝙ de nouo alias lucraretur. l. fi. C. arbi. tutele. pro quo facit q2
culpa que non ordinatur ad casum non solet imputari. l. nō omne
18 ff. de statu liberis. ¶Septimo certum est † ꝙ exceptioni cedendaꝝ
renunciari potest vt probatur in. d. l. si fideiussor. §. j. ff. de fideius. ⁊
tenet glo. in. l. nisi. ff. de pactis ⁊ Bart. in. l. modestinus. ff. de solu-
tionibus. Et probatur per regulā. l. si quis in cōscribendo. C. de pa
ctis cū simi. sed in casu nostro fuit renunciatū: ergo nō videt̄ eā ex-
ceptionem posse opponi: qd̄ autem fuerit renunciatum apparet ex
facie instrumenti dotalis vbi post multas exceptiones in specie ex
pressas generaliter renūciatur omni iuris ⁊ legum auxilio: que ver
ba cum sint vniuersalia includunt beneficium cedendarum: quod
est auxiliū legis: vt apparet ex iuribus supra allegatis. ⁊ qui omne
19 dicit nihil excludit. l. iulianus. ff. de leg. iii. cū simi. Itē † vbicunq̄
p̄mittunt̄ quedā in specie ⁊ dū subicit̄ clausula generalis trahitur
ad oēs q̄ quoquomō sub generalib⁹ verbis includi possunt. l. sed
⁊ si qs. §. quesitū cū ibi not. ff. si qs cautio. ⁊ in. c. j. extra de cōmo. et
ꝙ vigore dictoꝝ verboꝝ generaliū includantur generaliter oīs
alie exceptiones atq̄ beneficia ⁊ legum auxilia tenuit excellens do-
ctor Moder. do. Alex. de imo. in consi. suo quod incipit viso ac vt
oportet

oportet considerato themate: vbi cõsulit per dicta verba generalia vĩ renunciatũ bñficio.l.de his.ff.de trãsac. Mouetur inter alia ꝓpter alia beneficia iuris specificata ⁊ allegat Bart.in auc. vt liceat matri ⁊ auie.C.qñ mulier tu.offi.fungi põt in versi.sꝫ q̃ro qd si renunciauit: ⁊ in versi.q̃ro quid si nõ renunciauit. ⁊ Bart. ⁊ Bal.in l.si sub conditione.ff.de testa.tu. ⁊ Specu.in ti.de renũ.§.j.versi.et qr. ⁊ ver.quid si qs. ⁊ no.per doc.in.l.ij.C.de rescin.vẽdi. ⁊ in aut.sacramenta puberũ.C.si aduer.vẽdi. Item mouet̃ pp iuramentũ appositũ ꝓut etiã fuit in casu nostro allegãs not.per Bar. ⁊ alios in l.sciendũ.ff.de ver.obli.in ver.iuxta predicta quero. ⁊ in.l. si duo. §.idem iulianus.ff.de iureiurando. ⁊ Jo.an. ⁊ Archi.in.c.ij.de pactis.in.vj.cum cõcor.de quibus per moder.in.d.l.sciendũ. Et hãc q̃õnem decidit Ang.in terminis in.l.ij.C.de fideiussoribus vbi dicit ꝙ si in instr̃o dr̃ ꝙ renunciauit bñficio de fideiussoribus bñficio diui adriani bñficio nouarũ cõsti. ⁊ de pluribus reis debendi: que forma ponit̃ ẽm eum cũ plures rei se obligant: ⁊ ita renunciãdo renunciant beneficio cedẽdarũ: tã in hypotecaria q̃ in personali ꝑ illũ tex.cũ ergo in casu nr̃o in instrumẽto ꝯtineat̃ eadẽ clausula dicendũ est renũciatũ esse bñficio cedẽdarũ: ⁊ fortius qr adiuncta est clausula generalis ⁊ omni aliĳ legũ auxilio: vt supra dictũ est. ¶ Et ad supradictorũ ꝯfirmationem q̃tum ad terminos nostros adduci põt quod vbicunq̧ actus qui per partes celebrat̃ põt in futurũ se habere pariter ad vtilitatem sicut ad damnum: ⁊ equalis est conditio partiũ in eo casu cõtrahentes videntur facilius adducti ad cõprehẽdendũ omnem casum cũ nulla sub generalitate illa possit esse deceptio neq̧ possit dici in generali sermone nõ venire illuꝫ casum q̃ verisimiliter si fuisset expressus pars aliqua nõ cõsensisset hoc probat̃ in.l.de fideicõmisso.C.de transac. Sed sic est ꝙ qua ratione iste Bartolomeus vĩ renũciando non posse petere sibi cedi actiones contra fratrẽ ⁊ eius bona: ita etiã ipse cõsequit̃ ex renunciatione fratris ꝙ contra se vel eius bona nõ patiat̃ cessionẽ actionũ: vñ qua ratione hoc exp̃sse ⁊ in specie verisimiliter fuisset facturus propter equalem conditionẽ eadẽ ratione vĩ hoc factum sub illis verbis generalibus aptis hoc cõprehẽdere: ⁊ sic cesset rõ ꝓpter quã nõ soleat generalis renunciatio oẽs casus cõprehẽdere. vt no. in.d.l.sed ⁊ si quis.§.quesitũ. Et per istã vltimã rõneꝫ posset respõderi ad Ludo.roma.qui in cõsilio suo.cccclxxij.tenuit per gñalem renunciationẽ de qua supra non videri renunciatũ beneficio actionũ cedendarũ per rõnes de quibus ibi per eũ que licet videant̃ valde ḋbiles atq̧ nõ vere ⁊ eis ḋ facili videat̃ posse rñderi tñ ip̃e loq̃t̃ vbi vnus ex contrahentibus tantũ renũciauit: secus quando ambo per ea que statim dicta sunt: veruꝫ qr dato etiam ꝙ verum esset ꝙ per dictã gñalem renunciationem non videret̃ dicte exceptioni renunciatum militant adhuc alie respõsiones supra date: ideo al's non respondemus ad rationes Ludouici. ¶ Postremo rñdemus

20 clarissime. † Nam si maritus de bonis suis donauit vsq̧ ad dotis q̃titatem ẽm not.in.l.fi.C.de donatio.propter nup. sunt pro dote hypotecata: vt dicũt doctores in auc.siue a me.C. ad vell'.huic autem donationi ꝓpter nuptias non renunciauit neq̧ valuisset vnica renunciatio: sed debuisset intercedere duplex: ⁊ lapsus bienĳ inter primã ⁊ secundam prout est casus in.d.auc. siue a me ⁊ ideo dicit Bald.in.l.fi.C.de donatio.ante nup. ꝙ fuit inita donatio propter nuptias pro vberiori securitate dotis: licet ergo renunciauerit iuri hypothecarum põt actionẽ cedere virtute donationis propter nuptias: Et sic non potest repelli exceptione cedendarũ. Et ex premissis concludimus dictam mulierem exceptꝫ.cedendarum repelli non posse. Laus Deo omnipotenti Amen.

¶ Consilium Centesimũ vigesimũ sextum.

¶ In materia secundi decreti: Et an ratihabitio trahatur retro ad preiudicium tertĳ. Et quando ex negotio vtiliter gesto inducatur tacita ratificatio a lege.

¶ Summarium.

1 ☞ Ratihabitio nõ trahit̃ retro in p̃iudiciũ iuris q̃siti tertio.
2 Negocium gestum vtiliter nomine alicui non requirit ratificationem ex quo ratificatio inducitur ex.l.dispositione. ⁊ ꝙ negocium vtiliter gestũ fuerit probari debet.
3 Dotis promissio censetur facta sub cõditiõe si matrimoniũ sequatur: ⁊ anteq̃ agatur ad dotem de matrimonio secuto ꝯstare debet

Dominus labia mea aperiat Et spiritus sanctus illuminet intellectum. In causa secũdi decreti que vertit̃ inter Petrũ ser Gerardi del pitta procuratorẽ Francisci Jacobi de rõcionibus ex vna: Et Gerardũ Joãnis de agninno ex alia visis actis ⁊ actitatis per. M. potestatẽ pisis ad me transmissis super quibus consiliũ petit̃ substantialiter loquendo. Cõcludo ꝙ dictus Gerardus habet potiora iura in bonis Petri de vernagallis q̃ dictus Frãciscus quo ad duo petia terrarum sibi insolutum assignatꝫ. Qm̃ lꝫ Marianus Francisci de cascina ⁊ Joãnis Betti de vernagallis obligauerunt bona dicti Petri pro dote filie sue noĩe dicti Petri hetti de vernagallis tamen sine mandato rem alienam obligare non potuerũt.l.rẽ alienam.ff.de pignoratitia actione ⁊ sic cũ post Petrus predictus obligauerit dicta bona sua dicto Gerardo ip̃e est prior in tẽpore: ⁊ sic potior in iure vt in regula qui prior cũ materia de regu.iu.lib.vj.et ĩ materia nr̃a in.l.assiduis.C.q potio.ĩ pĩg.ha. Nec obstat ꝙ secuta fuerit ratificatio petri ⁊ sic cũ ratificatio trahat̃ retro ⁊ cõparet̃ mãdato: vt l.l.fi.C.ad macedo. ⁊ in regula ratihabitio de re.in.ĩ.vj. et sic videat̃ ꝙ tempore promissionis facte noĩe suo consenserit obligationi bonorũ suorum propter quod Frãciscus diceret̃ potior in

1 tp̃e ⁊ sic potior in iure. Quoniam ad hoc † clare respondet̃ ꝙ ratihabitio in casu nr̃o non trahitur retro in preiudiciũ iuris quesiti Gerardo: ita concludit Bar.in terminis in.l.si indebitũ.§. si procur.ff.rẽ ratã haberi ⁊ Bar.in.l.bonoꝝ eo.tit. ⁊ Bal.in.l.obseruare.§.posthu.in.x.q̃õne.ff.de offi.procõsul. ⁊ lega. ⁊ hanc q̃õnem in terminis decidit specu. ⁊ sequitur Jo.an.in additio.in ti. de obli.

2 ⁊ sol.§.j.ver. Itẽ pone obligati. ¶ Sed hic cadere † posset pulchra inuestigatio. Nam negocium gestuꝫ noĩe Petri pertinebat ad euꝫ quia cogi poterat nubere filiam: ꝓmittere dotem: ⁊ bona obligare iuxta no.in.l.qui liberos.ff.de ritu nup. ⁊ in.l.fi.C. de dotis ꝓmis. Igit̃ cũ noĩe suo fuerit tale negocium vtiliter gestum nõ vr̃ ꝙ req̃reret̃ alia ratificatio qr inducit̃ ratificatio ex dispositiõe legis que habet tali casu actũ ꝓ ratificato neq̧ req̃rit̃ vlterior ratificatio: ita vĩ probare tex.no.in.l.pomponius la.j.in ver. ⁊ quẽadmodũ.ff.de nego.gest. ⁊ ita colligunt ⁊ tenent ibi Bar.Ang. ⁊ cõmuniter aliĳ ita etiam dicit Jo.an.post magistrũ suũ in legibus in addi.specu. in titu.de obligat̃. ⁊ solu.in rub.in ver. Sed fuit alia questio. ⁊ sic si fuit ĩducta ratificatio a principio vĩ ꝙ valuerit obligatio. ⁊ sic q̃õ Franciscus fuerit ⁊ sit potior. ¶ Sed hanc difficultatẽ non intẽdo discutere tanq̃ mihi non necessariam. Sed illam alio loco aliĩs declarandam relinquo ꝙ aũt non sit mihi necessariũ patet ex duob⁹ Primo ad hoc vt Franciscus dicere posset ꝙ tale negocium habitũ fuit pro rato ex legis dispositiõe deducere ⁊ probare debebat negocium vtiliter gestum quia hoc erat fundamẽtum sue intentiõis iuxta no.in.l.actor.C.de proba. ⁊ per Bar.in.l.nulla.ff.de ver.obl.

3 ¶ Scd̃o † quia dcã promissio dotis censetur facta sub conditione si matrimonium sequatur ⁊ ante agi non potest vt est casus ĩ.l.stipulationẽ.ff.de iure dotiũ. Sed nullibi in ꝓcessu patet neq̧ ex instrumẽtis productis ꝙ matrimoniũ fuerit sequutum igit̃ cũ conditio non appareat purificata nullũ competit ius. Casus est in. l.hoc iure.ff.de verb.ob. ⁊ ꝙ per illum tex.dicit Bal.in pluribus locis ibi allegatis per dñm Alexãdrum ⁊c. Sed iterum posset instare pars aduersa quod saltim inducta fuit tacita hypoteca ex dispositione legis per text.in.l.vnica.§. ⁊ vt plenius.C.de rei vxori.act. Sed ad illum tex.dupliciter respondeo. Primo ꝙ inducitur tacite hypoteca bonorum quo ad promittentes. Secundo respondeo ꝙ inducitur contracto matrimonio ⁊ nõ ante.argumento eorum que no. docto.in.l.assiduis.C.qui potio.in pigno.hab. Ex quibus cõcludo partes dñi iudicis esse in pronunciando nõ esse deueniendũ ad ẽm decretum petitum per dictum ser Petrũ ser Gerardi del pitta ⁊ quo ad prima duo petia terrarũ in quibus dicto ser Petro concessum fuit primum decretum que apparent assignata insolutum dicto Gerardo pronunciãdum esse dictum Gerardum habere meliora ⁊ potiora iura: Et victum victori in expensis habens condẽnare: ⁊ hoc omni meliori modo. Laus Deo omni potenti Jesu Christo. Bartolomeus sozi.senẽ.

¶ Consilium Centesimũ vigesimũseptimũ

¶ An mulier vel eius filius exclusa per statutuꝫ a successione auie materne intelligatur exclusa a successione aui: ⁊ an statutum excludens filiã dotatã a successiõe p̃ris m̃ris vel fratris cẽseat̃ tñ excludere eam tñ a successione dotantis.

¶ Sũmarium.

1 ☞ Statuti verba qñ sunt clara nõ est opus alia interp̃tatione.
2 Legitima est tertia illius q̃õ qs habiturus est ab intestato.
2 Filia simpliciter exclusa a successione ab intestato censetur etiã exclusa a legitima.
3 Filia que excluditur a statuto si non fuit congrue dotata an possit petere congruam dotem.
4 Mulier non dotata potest cõgruam dotem petere in bonis illius de cuius hereditate agitur.
5 Statutũ excludens filiã dotatã a successione p̃ris m̃ris vel fratris an intelligat̃ eã solũ.excludere a bonis illiuꝫ a quo fuit dotata ⁊ de cuius hereditate agitur ⁊ nu. 4. ⁊. 7. Et ibi quam rationem considerat statutum nu.8. ⁊. 9. ⁊ seq.

Dominus labia mea aperiat Et spiritus sanctus illuminet ĩtellectũ.

1 Recte † ⁊ iuste vt mihi vr̃ insignis doctor dñs Petrus de vbal. consuluit Bernardinum absoluendum esse a petitione Hieronymi petentis dotes auie materne: quoniam ser Antonius auus qñ dotauit Magdalenã eius matrẽ voluit ꝙ in dote ꝓmissa cõputarent̃

dotes matris sue: ⁊ sic fuerūt in dote dñe Magdalene ꝑut in simili voluit Bar. i. l. si is q ducēta ī pn. ff. de reb. dub. ⁊ sup hec vba instrumenti sunt multū lata ⁊ ampla: vñ cū dña Magdalena mater dicti Hieronymi dotes mr̄is sue habuisset extincta fuit oīs obligatio insti. qui. mo. tolli. obli. in prin. ⁊ sic dict⁹ Hieronymus filius ⁊ hr̄s dñe Magdalene: suā actionē frustra exponebat. l. si pupilli. §. videamus. ff. de nego. gest. ¶ Sʒ inquātū voluit prefatus īsignis doctor ꝙ dicto Hieronymo reseruarent̄ iura in bonis p̄ṙnis vr̄ sen sisse ꝙ dicto Hieronymo cōpetebat aliqđ ius in bonis aui mr̄ni ex ꝑsona Magdalene eius mr̄is vñ videndū est. an aliqđ ius cōpetat dcō Hieronymo ꝯ dictū Bernardinū ī bonis dicti ser Antonij patris dicti Bernardini ⁊ aui mr̄ni dcī Hieronymi. in qua difficultate substātialit̄ loquēdo obmissis argumētis q̄ hincinde fieri possent: dico ꝙ nullo iure petere pōt dictus Hieronymus aliquid ex bonis ser Antonij p̄ris dicti Bernardini ⁊ sui aui materni. hanc aūt cōclusionē ꝓbo arguēdo a sufficienti. nā aut vult petere partem matris in successiōe sui p̄ris aut iure legitime aut iure dotis: ⁊ neutro dictoꝝ iuriū aliqđ petere potest ex ꝑsona matris in bonis aui. ¶ Primū ꝙ nō partē aliquā iure successionis ꝓbat̄ in statuto sub rub. de successionib⁹ ab intestato qđ īcipit filie femine: ī quo statuto est casus decisus. disponit em̄ ꝙ qñ ex defuncta ꝑsona siue sit p̄r siue mater supest filius masculus filia femina nō succedat: sʒ ex ser Antonio defuncto superat Bernardinus. igit̄ Magdalena eius filia ⁊ mater Hieronymi in nullo successit. Et sic cū casus sit decisus in statuto nulla relinquit̄ dubitatio. l. ancille. C. de suis ⁊ legi. sed cū statuti vba cū sint clara nō est opus alia īterp̄tatiōe. l. si aliꝗ.

2 ff. de vsuf. lega. ¶ Scdm̄ † aūt ꝓbat̄ cū filia simpl'r exclusa a successione ab ītestato cēset̄ ēt exclusa a legitiā. ista est cōis ꝯclusio doctoꝝ. q̄m legitiā est tertia eius ꝙ qs habiturus est ab ītestato. l. papi. §. q̄m aūt. ff. de inof. testō. ⁊ tradit̄ in aut̄. nouissima. C. eo. ti. sʒ ista filia nihil erat hitura ab intestato. igit̄ nulla debet̄ legitiā. ⁊ ista opinio est de mēte Bart. in. l. gallus. §. qđ si tm̄. ff. de lib. ⁊ posthu. vbi Bal. clare hoc tʒ. ⁊ seqt̄ Jo. de imo. ī. l. nō est ambigendū. §. fi. ff. de bo. pos. ti. gñali ⁊ sequūtur ibi ambo p̄ceptores mei dñs Aretinus ⁊ dñs Alex. de imo. q rñdet rōnibus Saly. ī. d. auct. nouissima q ꝯ tenuit. ⁊ hāc tʒ Bal. in. l. maximū vitiū. C. de libe. p̄te. in vltiā qōne ⁊ in. l. sancimus ī prin. C. de inof. testō. ⁊ Ange. ꝯsilio mihi. 105. īcipit statuto cauet̄. ⁊ pau. de ca. post bar. ī. l. titio cētū. §. titio gño. ff. d ꝯdi. ⁊ demō. ⁊ Bal. ⁊ Ang. ī. l. posthum⁹. §. si qs ex his. ff. de inoff. testa. ita ēt cōsuluit Bal. in suo famoso cōsi. qđ īcipit antiquū statutū. ⁊ est de mēte Bar. ī. l. j. §. sciendū. ff. de suis ⁊ legi. ⁊ Bal. ī. l. j. C. de summa trini. ⁊ fide catho. ⁊ ꝺm hāc ꝯsuluit elegans doctor ⁊ cōciuis me⁹ dñs Jo. de paglia. de senis rōnes obmitto q̄ habent̄ in §. ⁊ qđ si tm̄: ⁊ q̄ ista est cōis fere oīm opinio. excepto Bar. de saly.

3 ¶ Tertiū † ꝙ hʒ plusculū difficultatis probat ꝙ nullā dotē petere possit in bonis p̄ṙnis ex vbis statuti quā hoc clare decidūt. vult eī statutū ꝙ filie nō succedāt neq̄ p̄ri neq̄ matri neq̄ descendēti alicui eoꝝ. disponit tñ ꝙ filie debeāt cōgrue dotari si nō fuerint dotate: sed in casu nr̄o p̄supponit̄ ꝙ Magdalena erat cōgrue dotata. igit̄ non verificat̄ cōditio statuti ꝙ loquit̄ in ea q̄ nō est dotata: et sic nec dispō. l. si vero. §. de viro. ff. so. ma. ⁊. l. si seruū. §. non dixit p̄tor de acq. here.

4 ¶ Sed in cōtrariū † posset ps aduersa instare. nam mulier nō dotata p̄t congruā dotē petere in bonis illius de cui⁹ hr̄ditate agit̄: vt pʒ ex. c. statuti qđ incipit ⁊ si nō dotant̄: igit̄ illa verba: si dotate nō sunt vident̄ intelligenda de bonis illius de cui⁹ hereditate agit̄ q̄ ista sequētia declaranda vident̄ per p̄cedentia. l. q filiab⁹ in prin. de lega. j. ⁊ in. l. q̄sqs vbi Bar. ff. de leg. iij. ¶ Confirmat̄: nā videmus in simili ꝙ si statutū dicit ꝙ filia dotata nō succedat p̄ri mr̄i ⁊ fr̄i ⁊c. itelligit̄ eā eē dotatā de bōis illi⁹ d cui⁹ h̄dita te agit̄ vt voluit Bal. ⁊ sequit̄ Pau. de cast. in. l. j. C. de legi. here. ⁊ Bal. ī. l. neq̄ mater. C. de iure dotiū. ⁊ ī. l. si plures. C. de ꝯdi. isertis quas doctrinas sequūtur cōiter ꝯsulētes nisi aliđ appareat ex mēte statuti: igit̄ in casu nr̄o illa vba si dotate nō sunt vidētur intelligēda scʒ de bonis illius de cui⁹ h̄ditate agitur. vñ inferendo ad ꝓpositū dicendū videbat̄ ꝙ cū Magdalena fuerit dotata de bonis mr̄is ꝙ in bonis p̄ris vsq̄ ad ꝯgruā dotē petere possit: ⁊ hoc videbatur fundamentū satis coloratū ⁊ aliqualiter obstare. Sed hoc nō obstāte ꝯtrariū puto verius indubitāter ꝙ lʒ Magdalena nō receperit congruā dotē in bonis p̄ris cū ex quo reperiebat̄ dotata qđ nullā dotē in bonis p̄ris petere poterat ꝑut clare disponit statutū ꝙ cū gñaliter loquit̄ gñaliter intelligi dʒ. l. j. §. gñaliter. ff. de leg. p̄stā. Itē q̄ p̄rio excludit simpl'r a successione postea defert dotē illi q̄ nō est dotata: ⁊ sic excipit casum a regula exclusiua. sʒ nos sumus in dotata. igit̄ stat firma regula. l. nā qđ liq̄de de penu lega. cū sili.

5 ¶ Et ꝓ solutione † eoꝝ q̄ in ꝯtrarium adducunt̄ ꝯsidero ꝙ aliqñ ⁊ primo statutū stātibus masculis excludit feminas dotatas a successione pluriū ꝑsonarū. ⁊ tūc cēset̄ in dubio excludere tm̄ a successione dotātis nō aliud voluisset statutū oñdere ⁊ hoc casu ꝓcedit qđ dicit Bal. ī dicta. l. j. C. de legit. here. ⁊ in alijs locis supra allegatis et Pe. de ancha. ī suo cōsi. clxiiij. qđ inci. ꝓ veritate p̄mittēdū. ⁊ ī suo ꝯsilio mihi. lxxvij. icipit retēto ordine q̄sitoꝝ. ⁊ rō est q̄ tūc femina nō excludit̄ simpl'r ꝑꝑ existētiā masculi: sʒ ex eo etiā q̄ sunt dotate: ideo cōueniens est ꝙ debeāt eē dotate de bonis illius de cui⁹ h̄ditate agit̄ cū dos tunc vr̄ succedere loco legitime. l. q̄m in prioribus C. de inof. testō. igit̄ ⁊ dos. argu. l. si eū. §. q iniuriaꝝ. ff. si qs cautionibus.

6 ¶ Aliqñ † ⁊ scdo statutū simpl'r excludit filias seu feminas. sʒ disponit postea ꝙ debeāt dotari ⁊ tūc statutū nō excludit filias ꝑꝑ dotes sʒ solū ꝑꝑ existētiā masculi. Sʒ disponit ꝙ dēant dotari ꝙ intelligi dʒ si maritabit̄ ⁊ ideo tūc relictū a p̄re factū ꝓ dote nō trāsmittit̄: ita ꝯcludūt do. Raph. cuma. ⁊ dñs Pau. de cas. ita saluantes Bar. ibi ī. l. titio cētū. §. titio genero. ff. de ꝯdi. ⁊ demō. ⁊ dicit Pau. de cast. ꝙ pluries ꝯsultus ita rñdit. ⁊ qđ est ip̄a veritas. ⁊ ideo dicit dñs Pau. ī. suo ꝯsi. ccxxxj. incipit sup eo qđ querit̄ an dicto dñi Joāni. ⁊ Pau. de cast. in ꝯsilio. cvj. incipit sup eo de quo q̄rit̄ clara ⁊ indubitata. ¶ Ex q̄bus vltio loco dictis infero duas con

7 clusiones q̄tū ad ꝓpositum nostrū. ¶ Prima ꝯclusio † est ꝙ inquātū statutū de quo agimus vult ꝙ filia nō succedat sʒ debeat dotari ꝯgrue intelligi dʒ si de bonis illius a cuius successione fuit exclusa. Q̄m statutū priuās feminas a successione noluit illas remanere indotatas ꝙ fuisset ꝯ publicā vtilitatē. l. j. cū ibi no. ff. so. ma. Conueniēs autē est ꝙ ex quo debet dotari ꝙ dotet̄ ex substātia illius a cuius successione excludit̄ vt supra probatum est ⁊ ita voluit dictū statutum. vt patet in dicto ver. Sed si non dotantur. ¶ Scdā conclusio est ꝙ quomodocūq̄ filia reperitur dotata quod non possit petere aliā dotem: q̄ ex quo statutū simpliciter excludit: vult tamē ꝙ non remaneat indotata. si reperitur q̄uocūq̄ dotata est satisfa

8 ctum † intētioni statuti que in primis attendi dʒ. l. cū mulier. ⁊ ibi Bar. ff. sol. ma. l. nōis ⁊ rei. §. verbū ex legis. ff. de verb. signi. c. p̄ter ea. ⁊. c. intelligētia de vbo. signi. nō em̄ cōsiderauit statutū ꝙ filia q̄cquā haberet ex quo vniuersaliter excludit̄ sed tm̄ ꝙ nubere posset: ideo voluit ꝙ debeat dotari si nō esset dotata. si igit̄ reperitur nupta ⁊ dotata satisfactū est statuto. ad hoc ꝙ no. Bar. ī. l. obligamur. §. leg. ff. de act. ⁊ obli. ī rōne decidēdi. ¶ Cōfirmo. nā statutum vult duo. vnū ꝙ si nō est dotata qđ debeat dotari ⁊ hoc est clarū. alterū ꝙ si est dotata nō debeat dotari. hoc aūt si intelligamus scʒ si est dotata ab eo de cuius successione agitur indubitatū fuisset: ergo intelligit̄ etiā si ab alio fuisset dotata. Arg. l. ꝙ labeo. ff. ad car.

ra petere possit interesse lucri cessantis:vt habetur in.l.ij.§.fi.ff.de
eo qȝ cer.loco.Tamē non potest a principio cōuenire de certo iter
esse ratione retardate solutionis vt cōcludunt Inno.Joā.An.cal-
de.dominus Anto.ꝛ dominus Abba.in.c.fi.extra de vsuris.Igit
nō valet consequētia ratione more peti potest interesse ergo de tali
10 interesse possunt partes a principio cōuenire.¶Confirmatur † ꝛ se-
cundo ista cōclusio.Nam licet maritus possit ratione retardate so
lutionis dotis propter moram irregularem petere aliquid pro ali
mentis iuxta nota.per glo.ꝛ doc.in.d.l.de diuisione ꝛ per canoni.
in.d.c.salubriter.Tamen maritus nō poterit a principio cōuenire
qȝ ratione retardate solutionis habito respectu ad quātitatē sor-
tis debite pro rata sortis debeat aliquid singulis annis prout fuit
in casu nostro qꝛ tunc talis affictus accedit pecunie promisse quod
esse non debet iuxta not.per Jo.An.in regula peccatuȝ de regulis
iuris in.vj.Et hāc questioneȝ decidit in terminis Joan.An.in.c.
salubriter de vsur.cuius opinionē tanꝙ tutiorē sequūtur dominꝰ
Anto.ꝛ dominus Cardina.ꝛ respondent ad illum tex.illaȝ etiam
sequitur dn̄s Abb.in nō solito negociari ꝛ licet Joan.calde.cōtra
rium ibi tenuerit Bal.in.l.fi.§.preterea.C.de iure dot.ꝛ bal.in ru
brica.C.de vsuris.ꝛ Saly.in autē.ad hec.C.de vsuris imola.ꝛ Ro.
in.d.§.vsuras.Tamen opi.Johā.An.tanꝙ tutiorem sequendam
esse dicit dominus Laurentius de Ridolfis in suo tractu vsurarū
questione.liij.qꝛ vbi agit de periculo anime tutior pars est eligēda
c.iuuenis de sponsalibus.ꝛ hanc sequutus sum in.d.§.vsuras.Nā
11 †canoniste quibus in hoc magis credendum est cōiter hoc tenent
licet pleriqȝ ponant casum quando fuit data dilatio ad soluenduȝ
Tamen ratio qȝ non potest deduci in pactū qȝ sine pacto peti po
terat militat etiā nulla data dilatione:sed in casu nostro videt data
dilatio ꝛ factū peccatū ꝙ donec affictus solueret nō posset peti pre
cium ex quo finito biennio recipiebat affictum.argumēto.l.qui in
futurum.ff.de pactis ꝛ in.l.palam.§.nō male.ff.de doli exceptiōe
12 ꝛ licet † quando apponuntur vsure cessationis solutionis non vi-
deretur data dilatio iuxta not.per Bar.in.l.qui rome in pricipio
ff.de verbo.obli.tamen quādo apponunt ꝛ recipiunt post tempus
secus videtur per.d.§.nō male.Quinimo ex quo receptio in futurū
operatur pactum de nō petendo vt.d.§.nō male ita promissio ī fu
turum debet idē operari.l.fi.C.ad.l.fal.ꝛ facit glo.in.l.ij.C.de iure
emphyteotico.Et hoc casu dico qȝ debitor potest quandocūqȝ sol
uere licet debeatur affictus:qꝛ tempus solutionis post bienniū nō
est determinatum secus si tēpus esset determinatū:qꝛ tūc qn̄ datur
dilatio cum solutione vsurarū non poterit ante tempus solui ꝛ ita
procedit qȝ dicit Bar.in.d.l.qui rome in principio.ff.de verbo.ob
13 liga.¶Confirmatur ista conclusio.Naȝ † licet sub nomine interesse
potuisset promitti tanꝙ recompensatio.Tamen sub nomine affi-
ctus facta talis promissio nō valuit:qꝛ licet sub nomine alimentoꝝ
aliquid possit promitti:qꝛ alimenta sunt licita secunduȝ opinionē
calderini Bal.ꝛ imo.in locis statim alleg.Tamē sub nomine vsu-
rarum qꝛ tales vsure sunt prohibite nō valet promissio.Hanc cōclu
sionem tenet Jo.de imo.quā sequuntur moder.in.d.§.vsuras:ꝛ te
nent cōmuniter can̄.in.d.c.salubriter:ita dicendū est in casu nostro
Nam translato dominio licet ratione more interesse peti possit vt
d.l.curabit:tamē affictus certus nullo modo deberi pōt quoniam
aut volumus qȝ debeatur ex cōtractu locationis rei:ꝛ hoc non pōt
dici:cum locatio nō teneat.d.l.qui reȝ.C.locati ꝛ supra plene est de
claratum.Aut volumus dicere qȝ debeatur ratione pecunie quaȝ
retinuit ꝛ non soluit emptor ꝛ tūc idē est cōcludendum:qꝛ pecunia
nō est locabilis ꝛ sic si pecunia locatur est vsura.vt cōcludit archi.in
c.si feneraueris.xiiij.q.iij.ꝛ refert ꝛ sequitur prefatꝰ do.Lau.in di-
cto trac.q.xxxij.ꝛ ad hoc allegat dominū suum in.c.fi.de vsuris vbi
idem tenet dominus Cardina.flor.Igitur nullo modo potuit va-
lere promissio pro affictu pecunie nō solute prout facta fuit in casu
14 nostro.¶Confirmo etiam hanc † cōclusionē alia ratione quoniā ꝛ
si interesse ratione retardate solutionis peti possit.Tamen nō va
let ꝓmissio vniformis prestationis ratiōe retardate solutionis pe
cunie:qꝛ talis vniformis prestatio arguit vsuram.vt plene probat
ꝛ concludit rom̄.in suo cōsilio.ccccccx.incipit circa predictā positā
cōsultationē due sunt difficultates:ꝛ hoc maxie in casu nostro:tuȝ
qꝛ permissus est affictus pro rata pecunie:ꝛ sic accedit sorti.xiiij.q.
iij.per totū:tum qꝛ nō pōt deberi vniformis prestatio sub nomine
interesse in casu nostro qꝛ cū debeat interesse recompensatiuū fru-
ctuū:vt tradit in dicto.c.cōquestus tale interesse nō est vniforme:
ex quibus concluditur ꝙ nullo modo dicta ꝗtitas affictus peti po
test:ꝛ maxime duabus vltimis rationibus.¶Quarta conclusio sit
15 † ꝛ valde probabilis qȝ nullū interesse peti possit ratione retarda
te solutionis post bienniū:qꝛ talis cōtractus videt gestus in frau-
dem vsurarū.Ista cōclusio probat.Nam cū venditor priꝰ cōfessus
fuerit se preciū recepisse nō sub spe future numerationis:cū tali ex
ceptioni renunciauerit que renūciatio in instrumētis cōsueta est
apponi.Igit subintelligit sub illis verbis renūciauit ꝛc.iuxta no
ta.in.l.gallus.§.idē credendū.ff.de libe.ꝛ posthu.ꝛ ad hoc est honꝰ
tex.ꝛ ibi Bal.in.l.fi.C.de fideius.ꝛ postea cōfessus fuerit se debito-
rem in certa ꝗtitate pro dicto precio incōtinēti ex his cōtrarietati
bus resultat presumptio fraudis:vt i.c.vt nostrū vt ecclesiastica be
neficia:ꝛ sic qȝ in fraudē vsurarū dicat cōtractus initus.Preterea
ex quo aliquid est promissuȝ pro pēsione post cōfessionē recepti pre
cij arguit presumptio fraudis cū nō sit de natura cōtractus vendi-
tionis ꝙ pēsio debeat ꝛ sic censet ꝙ voluerit ꝑcipere aliquid singu
lis annis pro mercede retardate solutiōis pecunie ꝛ sic ꝓ ipsa pecu
nia ꝛ hac de causa pecuniā dimisisse apud emptorē.Quod etiā pa-
tet qꝛ exonerata parte debiti voluit tm̄ percipere.Sed his rōnibꝰ
nō pōt venditor neqȝ sub ratione interesse neqȝ sub rōne affictꝰ ali-
quid ꝑcipere:qꝛ quicqd accedit sorti vsura est.in.ca.pleriqȝ.xiiij.q.
iij.Confirmat hoc idē.Nā ex quo per solutionē precij venditor de-
bebat lucrū percipere fingit ius ꝙ emptor pecuniā soluerit ꝛ post-
ea illā mutuauerit sic in simili in.c.in ciuitate ꝛ.c.nauigāti extra de
vsuris.In quibus dicūt magis cōiter doc.ꝙ si ꝓpter dilationē ad
soluendū venditor vēdit rē cariori ꝑcio videt pecuniam recipere ꝛ
mutuo cōcedere.Ita in casu nostro.Si ergo videt pecunia mutua
ta igit pro illa nihil peti pōt.d.c.pleriqȝ ꝛ ita in terminis decidit
dominus Abb.in suo cōsilio.v.incipit sempronius quādaȝ domū
ꝛ licet dominus Abba.loquat de pensione promissa Tamē ex quo
ipse vult qȝ ꝓpter cōfessionē ꝑcij recepti ꝛ ꝓmissionē nō obstāte cō
fessione ꝙ cōtractus debet iudicari vsurarius ꝛ ꝙ pecunia censet
mutuata pȝ qȝ nihil peti potest ꝓ interesse ꝛ maxime qꝛ dicit ꝙ to
ta pecunia ꝓ pensione soluta est in sortē ꝯputāda:ꝛ sic non vult qȝ
aliquid nomine interesse peti possit.ꝛ per consequēs decidit.q.no
16 strā in indiuiduo.¶Confirmant premissa.Nā clausule † instrumē-
ti nō debēt cēseri apposite sine effectu aliqd operādi.l.si qn̄.ff.de le
ga.primo.Tradit bal.in proposito in rubrica.C.de cōtrahē.empt.
q.ix.Sed confessio nō pōt dici ꝙ ad aliū effectū emananerit sequu
ta promissione nisi vt pecunia videret soluta venditori ꝛ demū tra
dita emptori fictione breuis manus iuxta not.in.l.singularia.ff.si
17 certū petat.ꝛ sic ꝓ annuo affictu cōcessa.Et ꝓ hoc † glo.not.in.l.ij.
C.de dote cau.nō nume.vbi cōfessio habet vim traditionis.Et qȝ
operat vera traditio operat cōfessio de recepto.Qua ergo rōne ve
re soluto ꝑcio ꝛ postea cōcesso emptori nihil peti posset rōne more
nisi ratione interesse damni emergētis vel lucri cessantis in merca-
tore ita stante ficta traditiōe ꝑ confessionē ꝛ ꝓmissionē ꝑ que vide-
tur pecunia soluta ꝛ ꝓ annuo affictu cōcessa ipsi emptori.facit.l.li-
cet.§.j.ff.de iure dotiū cū simi.¶Confirmant postremo ꝑmissa alia
18 ratione.Naȝ † quicqd dixerit Bal.in plerisqȝ locis.Tamen dicit
Jo.de imo.in.l.pe.§.si vie.ff.solu.matr.ꝙ Bar.post Jac.de arena
subtilius ibi cōsiderauit volēs qȝ qn̄ nō obstāte cōfessione sequit
promissio debiti cōfessati talis cōfessio facta cēset spe future ꝓmis-
sionis nō spe future narrationis:qua ꝓmissione subsequuta vr sa-
tis factū dicte cōfessioni:cū dicta ꝓmissio cedat loco solutionis re-
spectu cōfessionis precedētis.Argu.l.inter causas.§.abesse.s.man
da.ꝛ idē dicit Pau.de cast.ꝛ sequutus fui.Ex qbus infero in ꝓpo
sito ꝙ sublata est obligatio ex cā venditiōis ex qua iteresse peti po-
terat ꝛ orta est noua obligatio ex noua ꝓmissione sub annuo affi-
ctu que est vsuraria respectu ꝓmissionis affictus ex qua nō pōt peti
aliquid:qꝛ diceret simpliciter peti ꝓ pecunia nouiter cōcessa ꝛ non
soluta qȝ fieri nō pōt.¶Cōfirmat ista cōclusio qꝛ ex quo rōne cōfes
sionis censet preciū ficte solutū iuxta glo.in.d.l.secūda.Debituȝ ex
cā vēditionis cēset extinctū ꝛ trāsfusuȝ in nouū debitū ex noua pro
missione sub annuo affictu vt colligit ex his que subtiliter conside
rat bar.in.d.l.singularia in prima.q.Sed vt dixi ex noua ꝓmissio
ne ratione retardate solutionis nō pōt aliqd peti nisi rōne iteresse
19 damni emergētis.vel lucri cessātis in mercatore.¶Ex qbus pȝ † re
sponsio ad vnū qȝ potuisset incōtrariū adduci:scȝ ꝙ talis cōfessio
ꝓpter sequutā ꝓmissionē videt simulata ꝛ facta spe future ꝓmis-
sionis.Argumēto.l.minor.xxv.annis cui fideicōmissuȝ.ff.de mino
ri.ꝺm Bal.in.l.si absentis.C.si cer.pe.ꝛ in.l.j.C.ad vell.ꝛ in.l.polli
citatio.C.de donation.ante nup.ꝛ in plerisqȝ locis quos retuli in
d.l.pen.§.si vir referēs io etiā Angelū consuluisse qm̄ dicta opinio
nō est vera qꝛ videt potius facta spe future ꝓmissionis:vt dictum
est per ea q̄ not.Jac.de are.Bar.imo.Pau.ꝛ magis cōmuniter mo
der.in.d.§.si vir.ꝛ posito ꝙ esset vera dico qȝ nō ꝓcedit in casu no
stro in quo vltra confessionē ex ꝓmissione apparet ꝙ relinquit pe
cuniā in manibus debitoris ex alia cā prout in casu nostro qꝛ appa
ret ꝙ relinquit eā.vt ꝑcipiat annuū affictū quo casu cōuertit ī aliā
causaȝ.Nec dicit cōfessio simulata imo ad istū effectū facta ꝑ tex.in
d.l.singularia cū ibi no.ꝛ in.d.l.lȝ.§.j.ꝛ ista sunt subtilia ꝛ conclu-
dunt iudicio meo lȝ in spē in terminis nostris nō reperiā declarata
¶Ex qua cōclusione infero vnum correlariū ꝙ oīa que apparēt so
luta cedūt in sortē:ꝛ si qd vltra est solutū tanꝙ indebitū repeti pōt
ex quo īdistincte solutū apparet:vt ꝑ totū ti.ff.ꝛ.C.de cōdi ideb.ꝛ ī
c.fi.de solut.ꝛ maxie ex quo apparet ꝙ aduersarius simpliciter est
debitor scriptꝰ in libris ipsius emptoris vnde cessat omnis difficul
tas que posset fieri ex notatis in.l.j.ff.de cōdi.indebiti.

20 ¶Quinta ⁊ vltima cõclusio sit† ꝙ posito qḋ interesse aliquod peti posset omnes pecunie in quibus venditor apparet debitor emptoris cedunt in solutũ virtute compensatiõis que hoc casu fit ipso iure a lege sine obiectione hominis ad impediendũ moram ⁊ cursuȝ vsurarum. casus est in. l. si cõstat ⁊ ibi hoc tenent omnes. C. de compensationibus ⁊ tenet Nicolaus de mattarell. Bal. ⁊ oẽs in. l. si. C.

21 eo. ti. ⁊ in hoc nullus discrepat. ¶Ex qua cõclusione infero† correlariuȝ ꝙ pro q̃ parte ⁊ pro eo tẽpore ꝓ quib⁹ venditor apparet debitor fienda est diminutio affictus secundũ cõsiderationes de quib⁹ supra. hoc probaṫ per pactũ appositũ in instrumẽto: cõcordat etiaȝ dispositio iurꝭ cõis si nihil fuisset dictũ vt est tex. ⁊ ibi Bar. in. l. si. ff. de iure dotiũ ⁊ no. Bar. in. l. in. §. offerri. ff. de actio. emp. ⁊ Bal. in. l. si traditio. C. eo. ti. Et tenet Abbas in. d. cõsilio. lxvj. est bonus tex. in. l. cũ venderẽ. ff. locati. Ex quib⁹ oibus ⁊ dñs iudicãs ⁊ arbitri si cũ eis qḋ discutieṫ poterũt bñ pcipere qd p eos agendum sit ⁊ iudicare. Laus Deo. ¶Subscripserunt hoc cõsiliũ dominus Felinus Sandeus de Ferraria ⁊ dominus Frãciscus de pepis floren.

¶Consilium. cxxxj.

¶Quod alienatio facta a procuratore p minorẽ constituto valeat cum iuramento. Et qḋ qui emit a procuratore domini prefertur illi qui emit postea a domino. Et quod procurator potest per actum fictum transferre possessionem si habet mandatum speciale.

¶Summarium.

1 Alienatio rerum immobilium facta a minore cum iuramento valet de iure communi.
2 Statutum habilitãs personã nõ censeṫ habitare personã cõtrahẽtẽ super bonis exiſtẽtibus extra territoriũ. Et qñ cẽseaṫ comprehendere forenses ⁊ etiam subditos extra territorium.
3 Contractus factus nõ seruata solẽnitate statuti iuramento firmatus valet de iure canonico.
4 Mandatuȝ ad alienandũ factũ a minore nõ seruata solẽnitate statuti vel iuris an ⁊ qñ valeat. ⁊ nu. 5. ⁊. 10. ⁊ qualiter hoc procedat.
6 Minor potest per procuratorem iurare si hȝ mãdatũ spẽale ⁊ nu. 7.
8 Alienatio rerum immobilium facta per procuratorem minoris cũ iuramento valet si habet speciale mandatum ad iurandum ac si facta fuisset ab ipso minore.
9 Minor põt ꝓcuratorẽ ↄstituere ad actũ quẽ p se gerere potest.
11 Statuta requirentia certas solẽnitates in contractibus ẜm leges cõmunes non comprehendunt contractus iuratos.
12 Venditio si reperitur facta a procuratore habente mandatũ alicui ⁊ cõstituat se nomine emptoris possidere: ⁊ postea fiat domino alteri qui etiam se constituit possidere ille qui emit a procuratore cẽsetur prior: ⁊ numero. 13.
14 Qñ solo titulo acquiriṫ iuꝭ in re ille est potior q est potior in titulo
15 Tutor curator vel procurator generalis an per veram traditioneȝ possit transferre possessionem.
16 Tutor curator ⁊ procurator habens speciale mandatum an possit possessionem transferre.
17 Possessio acquiritur etiam per actum factum per procuratoreȝ habentem mandatum etiam generale.

Dominus labia mea aperiat ⁊ spiritus sanctus illuminet intellectũ. Presentis cõsultatiõis difficultas fere in totũ depẽdet a validitate prie venditiõis facte a ꝓcuratore illustrꝭ dñi Johã. vñ pu. de ei⁹ validitate est vidẽdũ ⁊ in primis pro fundamẽto pmittendũ est ꝙ licet de iure cõi alienatio imobiliũ minoris. xxv. annorũ nisi certis casibus ⁊ reseruatis certis solẽnitatib⁹ sit nulla: vt in. l. pdiorũ ⁊ in. l. si prediũ ⁊ in. l. nõ solũ p totũ. C. de pdĳs minorũ ⁊ in. l. j. ⁊ i. l. magis

1 puto. §. ne passiȝ. ff. de reb⁹ eorũ tamẽ† qñ minor cõtrahit alienando imobilia ⁊ iurat valet alienatio ⁊ ↄctus. Casus est in auc. sacramẽta puberũ. C. si aduer. vendi. ẜm intellectũ Martini quẽ approbant glo. bar. ⁊ cõiter docto. ⁊ dicũt Cy. ⁊ Bar. ꝙ opinio Martini de cõsuetudine seruaṫ ⁊ tenẽt glo. ⁊ docto. in. c. j. §. Jtẽ sacramẽta de pace iura. fir. in vsi. feu. vñ inferṫ cõclusio ꝙ alienatio imobiliũ facta a minore cũ iuramẽto inspecto iure cõi vȝ ⁊ tenet. ¶Scđo premittendũ est ꝙ mãdatũ de alienãdo datũ dicto ꝓcuratori cõfectuȝ fuit in ciuitate Papie ⁊ vẽditio fcã p ꝓcuratorẽ facta fuit in quodã castro dioc. Cremonen. de bonis exiſtẽtib⁹ in territorio mu

2 tinẽ. Et q2 vt† plurimũ statuta sup cõtractib⁹ minorũ i ciuitatib⁹ Jtalie diuersimode disponũt: ⁊ tñ sunt exhibita sup hoc statuta ciuitatis Mutine ⁊ mirãdule: est aduertẽdũ ꝙ licet statutũ Mirãdule sup cõtractib⁹ minorũ velit ꝙ cõtractus factus a minore. xxv. maior tñ. xx. valeat ac si fact⁹ esset a maiore. xxv. annor: tñ nõ videṫ cõprehendere casuȝ qñ minor alienat bona exiſtẽtia extra territoriũ Jta cõcludũt Bar. Bal. in. l. cũctos populos. C. de summa tri. ⁊ fi. ca. Nã licȝ statutũ posset habilitare personã subditã vbicꝫ cõtrahẽtem tñ nõ põt respectu bonorũ exiſtẽtiũ extra territoriũ: ⁊ sequitur Petrus de ancha. in repe. c. j. de cõsti. in. xĳ. q. pnci. versi. j. venio ad aliud. ¶Est etiã aduertẽdũ ꝙ statuta simpliciter inhabilitãtia personas cõtrahentiũ nõ ligãt forenses cõtrahentes in territorio statuentiũ: sed bene ligant subditos cõtrahentes extra territoriũ. Statuta vero nõ simpliciter inhabilitãtia sed ita demũ si nõ fuerit seruata certa solennitas ligãt forẽses cõtrahentes in loco sed nõ subditos cõtrahentes extra territoriũ statuẽtꝭ. ¶Primũ pbaṫ ex notatis p bar. ⁊ bal. in dicta. l. cũctos populos: vbi bar. vult ꝙ statutum absolute ꝓhibitoriũ ⁊ fauorabile extendiṫ ad subditũ extrahenteȝ extra territoriũ. ⁊ tenet Bal. in. l. fi. ff. de iuris. om. iudi. ⁊ Petr⁹ de ancha. qui eũ allega. in. d. c. j. q. xĳ. principali ver. hic cadit questio disputata modernis temporibus: qḋ autẽ nõ ligẽt forenses cõtrahẽtes in loco secũduȝ bar. ⁊ Bal. in loco preallega. quos sequiṫ Petrus de ancha. in. d. c. j. q. xĳ. ver. ꝓcedo vlteri⁹ allegat ad hoc Specula. in titu. de sentẽtĳs. §. qualiter versi. itẽ pone qḋ. ¶Secundũ ꝓbatur quia quãdo statutũ nõ simpliciter inhabilitat sed non interueniente certa solẽnitate ꝓhibet tũc nõ ligat subditũ cõtrahenteȝ extra sed bene ligat nõ subditũ cõtrahentẽ in loco: q2 quo ad solẽnitatẽ seruandã inspiciṫ locus cõtractus nõ vñ est post cõtrahẽs: vt i l. si fundus. ff. de euictio. ⁊ hãc sentẽtiã tenet Bar. in. d. l. cunctos populos in. vj. q. pnci. versi. circa primũ. ⁊ tenet Bal. in. d. l. fi. ff. de iurisdi. om. iudi. vbi vult qḋ si ex forma statuti minor nõ põt cõtrahere sine certa solẽnitate nõ poterit minor forẽsis cõtrahere sine dicta solẽnitate. ⁊ sequiṫ Petrus de ancha. in. d. c. j. in. d. q. xĳ. ver. eo qḋ dicis de obli. ¶Ex quib⁹ concludo ꝙ in casu nostro actus gesti ⁊ a domino ⁊ a ꝓcuratore forte dici possunt inualidi ꝓpter statuta vigentia in loco in quo sunt gesta si geri non potuissent nisi seruatis

3 certis solẽnitatibus. ¶Quare ergo pmittendũ est† qḋ si forma alicuius statuti ↄctus gesti possent dici nulli rõne nõ seruate solennitatꝭ tñ ↄtractus gestus ⁊ iuramẽto firmatus validus cẽseri dȝ: ita cõcludũt cõiter canoniste Jo. An. dñs Anto. Johãnes de lignano ⁊ latius dñs Abb. ⁊ Jo. de imola. in. c. cũ cõtingat extra de iureiurando impugnãtes dicta Bar. Bal. ⁊ Ange. qui cõtra tenẽt in dicta auct. sacramẽta. ⁊ Bar. ⁊ Ange in. l. si qs pro eo. ff. de fideiusso. ⁊ hãc sentẽtiã canonista. tenẽt cõiter legiste. Saly. Fulgo. Pau. de castro ⁊ cõiter Moderni in dicta auctẽtica sacramẽta ⁊ Raphael cuma. ⁊ Pau. de cast. in dicta. l. si qs pro eo qui dicit se pluries cõsuluisse. hãc partẽ tenuit Jaco. de belui. in sua disputatio. que incipit. l. pugnia caueṫ: quã refert ⁊ sequiṫ Jo. And. in addi. Specula. in ti. de snia. §. vt aũt in addi. que incipit ad hec. ⁊ multũ late hanc firmat dñs Abb. Mona. in sua solẽni disputatio. que incipit stãte statuto ciuitatis senarũ: rõnes omitto q2 materia est lata ⁊ trita ⁊ q2 ista est cõis opinio ẜm quã ↄsulũt Moderni. ¶Ex qbus infero duas cõclusi. in ꝓposito. Prima ↄclusio est ꝙ secũda vẽditio facta a prefato illustre dño: iuramẽto firmata valida censeri dȝ licȝ sit minor. xxv. nõ obstãte ꝓhibitiõe iuris cõis ⁊ statutorũ. Scđa cõclusio est ꝙ si pma vẽditio facta fuisset a pfato dño ẽt valida pari rõne cẽ

4 senda esset ⁊c. ¶Sed difficultas† oriṫ ex eo in casu nostro q2 dictus illustris dñs Joã. minor exiſtẽs dedit mãdatũ ad alienãdũ imobilia nulla seruata solẽnitate iuris vel statuti nec apposito iuramẽto ꝓpter qḋ no. ꝙ dictũ mãdatũ fuerit nullũ q2 sicut ipse p se nõ põt alienare minor: ita nõ põt facere ꝓcuratorẽ ad alienandũ p id qḋ habeṫ in. l. nacꝫ tutores. C. de ꝓcura. ⁊ in. l. j. ⁊ prin. ff. rẽ ratã habe. Nã sicut in alienatione requiriṫ solẽnitas: ita in actu ex quo sequi põt alienatio iuxta nota. p Bal. in. l. preses. C. de trãsac. ⁊ in. l. ĩĩ. C. si aduersus tran. ⁊ p doc. marie per dñm Abba. i. c. cũ antea extra de arbi. Quinimo non videṫ valere cõstitutio ꝓcuratoris ad alienãdũ cũ solẽnitate requisita ad hoc. l. minorũ. cũ. §. C. de predĳs mino. ⁊ qḋ mãdatuȝ nõ seruata solẽnitate q requiriṫ in cõtractu nõ valeat tenet Ange. in. l. apud iulianũ in fi. ff. ex qbus causis in possessiõe eatur quia aliter fieret fra⁹ legi: ⁊ minores de facili deciperenṫ. Ex quib⁹ videṫ elici vna cõclusio ꝙ si mãdatũ fuit nullũ ⁊ inualidũ illi⁹ virtute nõ potuerit ꝓcurator cõtrahere secũdũ Ange. in dicta. l. apud iulianũ in fi. q2 quoniã nullũ mãdatũ habere vel habere sed inualidũ ꝓcedũt a pari. l. iiij. §. condẽnatũ cũ ibi not. ff. de reg. iur. ⁊ in. l. nõ putauit. §. nõ queuis. ff. de cõtrata. ⁊ sic quomodocũcꝫ cõtract⁹ fuerit gestus a ꝓcuratore videṫ ꝙ geri nõ potuerit virtute mãdati inualidi. ¶Cõ

5 firmari videṫ ⁊† secũdo ista cõclusio q2 posito qḋ mandatuȝ fuisset validũ adhuc videṫ ꝙ dicta venditio nõ fuerit valida qñ in quolibet mãdato sic intelligiṫ ꝙ solẽnitates iuris ⁊ statuti seruari debeant. Arg. l. missi opinatores. C. de exacto. trib. lib. x. ⁊ qḋ tradit bal. in. l. j. C. si ꝓpter publicã pensita. igiṫ cũ a ꝓcuratore nõ fuerit seruata solẽnitas gestus: cõtractus nõ videṫ valere. ¶Cui fundamẽto nõ

6 videṫ obstare† ꝙ ex mãdato minoris ꝓcurator iurauerit in animã dñi. qñ nõ videṫ ꝙ minor possit p ꝓcuratorẽ iurare ꝓut late pbãt Jac. de rauena ⁊ pe. in. d. auct. sacramẽta: quos refert ⁊ sequi videṫ ibi Cy. in. ix. q. ⁊ sic videbaṫ cõcludi posse ꝙ dicta vẽditio ꝓcuratoris nõ teneret. ¶Sed premissis nõ obstãtibus que vere nõ obstant

7 contrariã sententiã esse existimo veriorẽ: ⁊ pmitto† ꝙ quicqd dixerint Jac. de rauena Pe. ⁊ Cy. minor sicut p se põt sup cõtractu iurare ita põt p procuratorẽ habentẽ ad hoc speciale mãdatũ: ita decidit Barto. in terminis in. l. qui bona. §. si alieno. ff. de damno infecto.

alleg. qḋ

alleg. qđ habeť in.c.tibi dño.lxiij.dist.ꝛ opi.Bar.sequuntť ibi cōiter docto.ꝛ in iuramēto calūnie est casus in.c.fi.de iuramēto calū. in.vj.ꝛ pbať ex his que habenť in.l.j.in vltima questio.ff.de rerū diuisione ꝛ in.l.j.§.ne auté.C.de cadu.tol.ꝛ in.c.j.§.nulla per quos fiat inuestitura ꝛ in.c.j.quo tēpore miles ꝛ Saly.in.d.auté.dicit ꝙ opinio Jaco.de rauena cōiter reprobatur.ꝛ probatur ex his que statim dicā.¶ Quibus premissis ostendiť auctoritate ꝛ rōne† ꝙ sicut alienatio facta p minorē cū iuramēto fuisset valida. Ita facta per procuratorē iurantē in animā dñi valida censeri dꝫ si habuit spāle mandatū ad iurandum ita determinat glo.in terminis in.d.c.j.§. Itē sacramēta de pace iuramēto firmāda in gl.j.in fi.vbi vult qđ a pari pcedūt si minor iurat p se super cōtractu vel per pcuratorē ꝛ illā glo.sequunť doctores prout dicit dñs Jaco.de alberi.sic est et de mente Bar.si bene inspiciant in dicta.l.si alieno.ꝛ tenēt Jacob. butri.ꝛ Saly.in.d.autētica sacramēta.¶ Probať rōne† qm̄ quem actū potest minor solus per se gerere ad illū actū faciendū solus potest procuratorē cōstituere.hāc regulā ponit glo. quā pprobāt ibi Bar.ꝛ Ange.ꝛ docto.in.l.iij.in prin.rē ratā haberi ꝛ Bar.ꝛ Bal. ꝛ doc.cōiter in.l.neqꝫ tuto.C.de pcura.cū similibus ibi allegat.sed minor poterat per se alienare cū iuramēto:vt supra late probatū est igiť ad talē actū alienādi cū iuramēto in causaꝫ sui potuit cōstituere pcuratorē ꝛ per cōsequēs cōtractus pcuratoris iurantis in causam dñi valuit.¶ Ex quibus patet solutio ad primū qđ in contrarium allegabať ꝙ illud pcedit qñ fecisset procuratorē simpliciter ad alienandū cū solus alienare nō potuisset secus in casu nostro i quo fecit procuratorē ad alienandū cū iuramēto in animā dñi qm̄ talē actū alienationis facere potuisset cum iuramēto.igitur valuit cōstitutio pcuratoris ꝛ cōtractus qui postea sequutus fuit per premissa.¶ Minusqꝫ obstat qđ† secūdo loco dicebať ꝙ censetur mandatū datum vt alienaret seruatis solēnitatibus requisitis:qm̄ illđ procedit qñ aliqua solēnitas fuisset requisita sed qñ actus fit cū iuramento diciť permissus nec requiriť aliqua solēnitas vt dicit gl. in.d.auctētica sacramēta ꝛ i corpore vñ sumiť vñ cū datū fuerit mādatū ad alienandū cū iuramēto in qua nulla requiriť solēnitas nō pōt dici ꝙ sit datū vt cū solēnitatibus cōtrahať:argu.eius qđ no. Bal.in.l.j.§.illud.ff.ad sylle.ꝛ glo.ꝛ moderni.in.l.mācipia in verbo aduocandū.C.de seruis fugitiuis.¶ Confirmanť †predicta.naꝫ statuta requirētia certas solēnitates in cōtractibꝰ secundū leges cōmunes nō cōprehendūt cōtractus iuratos.ita cōcludūt Ray.ꝛ barto.in cōsilio qđ incipit questio dicit statutū qꝛ de iure diuino scriptum est reddite iuramēta vestra deo in.c.debitores ꝛ in.c.ꝛ si Christus de iureiurādo tenet Joā.An.in.c.tua de deci.dñs Anto.dñs Abbas ꝛ Jo.de imola in.d.c.cū cōtingat ꝛ est glo.in.c.cum nō deceat de elec.in.vj.ꝛ qđ per illā glosaꝫ dixit Angelus in.l.j.§ onerande.ff.quarū rerū actio nō datur cuꝫ multis simi. si igiť statuta phibitoria actꝰ.celebrari sine certa solēnitate nō cōprehendūt contractū iuratū:igitur nō pōt dici ꝙ in mādato de cōtrahendo cum iuramēto intelligať qđ cōtrahat cū solēnitatibus statutor̄ ex quo illa nō requiritur.¶ Ex quibus omnibus intrepide concludendum est qđ dicta venditio facta per pcuratorē valida est cēsenda.¶ Succedit †nūc alia dubitatio ex quo vtraqꝫ venditio est valida taꝫ pma facta a procuratore ꝙ secūda facta a domino quis dicať potior i bonis vēditis a pcuratore an ille qui habet causaꝫ a pcuratore. ¶ Et de hoc habemus textū qui ponit doctrinā ꝙ ille est potior cui primo res tradita est qñ duo emūt ab eodē.casus est in.l.quotiens. C.de rei vendica.ꝛ in.l.siue autē.§.si duobus.ff.de publi. sed in casu nostro fuit prius tradita illi qui emit primo loco a procuratore igitur debet esse potior.Quod aūt fuerit post†tradita pbatur qꝛ dictus pcurator cōstituit se dicti emptoris nomine possidere p constitutū.vt in.l.qđ meo ꝛ ibi pbatur late.ff.de acqui.pos.vbi habeť qđ p cōstitutū ita transferť possessio ꝛ dominiū sicut p verā traditionē.ꝛ tradūt docto.in.l.iij.in pnci.ff.eo.titu.nec refert ꝙ res fuerit vere tradita vel ficte qm̄ vtroqꝫ casu locū hꝫ dispositio dictorum iuriū:qꝛ etiā p fictā traditionē acquiriť verū dñiꝫ vt in.l.clauibus ff.de cōtrahē.emp.iūcta.l.quecūqꝫ ꝛ.l.cunctꝫ.ff.de publica ꝛ est de mente†doctorū in.d.l.quotꝫ.ꝛ in.c.cōtinebať de his q̄ fi.a pla.qui volūt qđ qñ solo titulo acqriť ius i re ille est potior q̄ est potior i titulo.Et in terminis h̄ late disputādo cōcludit Bal.in rubric.C.de cōtrahē.emp.in.q.xxij.ꝛ tꝫ dñs Anto.in.c.cū ad sedē de resti.spoli. ꝛ est bona glo.in.d.l.siue aūt.§.si duobus.ff.de publi.dū loquitur in ecclesia vendita.¶ Sed difficultatē† facere videbať qꝛ lꝫ dñs constituendo dicať ficte tradere possessionē:ꝛ per cōsequēs dñium trasferre:tñ nō videbať id dicēdū fore in pcuratore qm̄ pcurator non possideb at:igiť nō pōt possessionē p actū fictū trāsferre. ita videť pn terminis decidere Bar.in.l.j.ad fi.ff.de acq.pos.vbi cōcludit qđ tutor curator vel pcurator generalis lꝫ per veras traditiōes possint possessionē trāsferre tñ istos modos ficte traditiōis nō possunt.allegat tex.no in.l.quāuis.§.j.eo.ti.ꝛ eorū opinio.sequiť Jo.de imo le ꝛ cōiter modar.de quo latius ibi p preceptorē meū dñm Alexan. la de imola.¶ Sed dictā difficultatē rñde ꝙ pcederet qñ haberet tantū generale mādatū sed in casu nostro habebat speciale mandatuꝫ ad cōstituendū:qđ† etiā tacite subintelligebať lꝫ non fuisset expressum:cū talis clausula cōstituti:de consuetudine apponi soleat in instrumētis venditionis.Argu.l.vel vniuersorū cū ibi nota.ff. de pigno.acti.ꝛ eius qđ voluit no. Ange. in.l.bene a zenone. C.de quadri.prescri.sed habēs mādatū speciale ad cōstituendū p constitutū trāsfert posses.ita decidit in terminis Bar.i.d.l.j.ad finem.ff. de acq.pos.in versi.quero pone ꝙ tutor:vbi dicit ꝙ tutor curator ꝛ pcurator nō habēs speciale mādatū nō pōt possessioneꝫ trāsferre igiť sentit ꝙ habens mandatū spāle pōt.ꝛ hanc opi.ap probat ibi Jo.de imo.ꝛ cōiter moder.quoniā qđ facit pcurator habēs mādatū speciale cēsetur facere dñs.l.qđ iussu alterius.ff.de reg.iu.ꝛ in regula pōt quis ꝛ in regula qui facit per aliū.de regulis iur.in.vj.cū materia.hāc opi.approbat imo.ꝛ moder.in.d.l.j.in fi.ꝛ Jo.de imo la.in.l.j.§.p procuratorē eo.ti.Nec obstat† si vltimo loco diceretur ꝙ dñs qui facit p pcuratorē diciť ficte facere.l.j.§.deiecisse.ff. de vi ꝛ vi arma. Igiť si per actū fictū transferť possessio.sequiť ꝙ due fictiones simul cōcurrūt cōtra.l.j.cū ibi no.C.de dotis pmissione ꝛ no.per Bar.in.l.si is qui p emptore ad finē.ff.de vsuca.vñ Ang.in d.§.per pcuratorē.Fortius voluit ꝙ pcurator nō acquirit dño possessionē per actū fictū ꝛ tenet Ang.ꝛ imo.in.d.l.si is q̄ p emptore ꝛ Bal.in.c.cū venissent de resti.spo.ꝛ Guil.de cunio in.l.licet.C.de pcura. Igitur fortius nō pōt trāsferre qꝛ facilius p pcuratorē acquritur ꝙ trāsferať.ꝛ pbat Jo.de imo.in.d.l.j.i fi.ff.de acq.pos. Qm̄ ad hec dicta rñdeť ꝙ imo per pcuratorē etiā generalē per actum fictum possessio acquiritur.Casus est in.l.certa.§.j.ff.de pcario. ꝛ pbatur p no.p Bar.in.d.l.si is qui p emptore:vbi respōdet ad cōtrarium de duabꝰ fictionibus.ꝛ hāc opi.tenēt Bal.ꝛ Bar.in.l. ab emptione.ff.de pactis ꝛ tedaldus.in.l.j.§.vbi aūt.C.de cadu.tol.ꝛ Joan.de imo.in.d.§.p.pcuratorē vbi hoc tenēt moder.ꝛ ibi dñs Alexā.plura allegat.Si ergo pōt acquiri pōt etiā transferre: in hoc tñ est differētia qꝛ in acquisitione sufficit generale mandatū qꝛ tūc in translatꝰ.possessionis interuenit volūtas possessoris volentis possessionē trāsferre.Sed qñ pcurator vult trāsferre per actū fictuꝫ si habet generale mādatū nō pōt p actū fictū per id qđ habeť per glo. in.d.l.j.in versi.j.qꝛ nō cōcurrit voluntas possessoris:si nō hꝫ mandatuꝫ spāle ad trāsferendū per actū fictū tūc cōcurrit voluntas dñi possidentis. Igiť p actū fictū pcuratoris trāsferť possessio ad hoc bonus tex.in.l.qđ meo.§.fi.eo.ti.Benefacit qđ habeť in.l.j.§.si ius serim eo.ti.Censeť eñ tūc ipsemet possessionē transferre ꝛ ita declarant in effectu Jo.de imo.ꝛ moder.in.d.l.j.in fi.¶ Ex quibꝰ oibus concludiť ꝙ ille qui primo loco emit a procuratore censetur prius facta legitima traditio ꝛ sufficiēs.ꝛ cōsequēter cū ambo habuerint causaꝫ ab eodē cū ille qui hꝫ a pcuratore pcuratorio nomine habēte speciale mādatū dicať habere a dño vt in.d.regula qui facit per aliū.ꝛ patet ex notatis in.l.pcurator qui pro euictiōe.ff.de pcura. ille qui emit a procuratore cū sit prior in titulo ꝛ in traditione potior in iure censeri debet per tex.vbi est casus in.d.l.quotiens.C.de rei vendica.Laus Deo.

¶ Consilium.cxxxiij

¶ Summarium.

1. ¶ Fideicommissum ꝙ fuerit legitime acceptatū ex quibꝰ arguať ꝛ per totū.Et ꝙ pōt acceptari siue facto siue verbis.
2. Animus retinēdi vel cōtinuandi si nō potest operari retentionem vel cōtinuationē operatur nouā acquisitionem.
3. Aditio hꝛditatis facta ab eo qui credebat se necessariū ex fideicōmisso si cōstet de animo qđ etiam si non fuisset necessarius seu non sciuisset vel credidisset se necessarium volebat tamen fieri heres ex fideicommisso tenet.
4. Fideicommissum purificatum vel purum etiam ante aditam hereditatem transmittitur.
5. Plures cause licet ꝯcurrāt ad acquirendū dominiū non pñt post dominiū quesitū multiplicari tñ ante acquisitū dñium sic:ꝛ pñt simul eodē tēpore cōcurrere in acquisitione dominij.
6. Quādo aliqs dicit se scire:qñ capiať tale scire p vehemēti opiniōe

Dominus labia mea aperiat ꝛ spiritus sanctus illuminet intellectum. Dubia discussa p suprascriptos insignes doc. sunt facilia preter vnuꝫ ꝛ bene ꝛ iuridice declarata ꝛ decisa:videbatur tñ restare difficultas in eo qđ dicit nō pbari legitimā acceptatꝰ.fidecōmissi. Nā si heredes tedaldi qui iam adiuerāt hereditatē eius sciebāt eū acceptasse fideicōmissum seu hereditatē primi ꝛ sic effectū fuisse vnū patrimoniū.vt in. l.sed si plures.§.filio.ff.de vulg.ꝛ pupil.sciebant vel opinabanť tēpore acceptationis se esse heredes necessarios virtute fideicōmissi vniuersalis illius pmi necessitate pcisa. Unde talis voluntas tollit volūtatē acceptādi de nouo.casus est in.l.is qui putat.ff.de acqui.here. Secus autē dicendū fuisset qñ tēpore aditionis hereditatis tedaldi acceptassent fideicommissum qꝛ tūc necessitas illa causatiua ex quo nō poterat habere vnā sine altera nō tol

lit volūtatē. cas⁹ est in. l. si duo. ff. de acq. here. ꝛ ita voluit clare bar. in. l. gerit ad finē. ff. de acq. here. ꝛ sic vƺ māifesta differētia iter casuƺ bar. ꝛ casuƺ nr̄m qꝛ i casu bar. illa necessitas causatiua ꝛ i ꝯsequētiā nō tollit voluntatē. Sed in casu nostro necessitas iam in esse deducta tollit voluntatē ꝛ sic nō inducitur acceptatio per. d. l. is qui putat. ¶ Sed hoc nō obstāte cōtrariū puto verius qꝛ imo ꝓbatur legitima acceptatio dicti fideicōmissi. ꝛ † pro fundamēto premitto qđ quomodocūqꝫ probeƺ de acceptatione siue facto siue verbis satis est per id qđ habeƺ in. l. pro herede in prin. ff. de acq. here. ꝛ in. l. gerit eo. ti. vbi latissime Bar. facit tex. in. l. si auia. C. de iure delib. ꝛ in l. Paulus nō tantū verbis. ff. rē ratā haberi. ¶ Hoc premisso dico ꝙ licet tēpore quo expresse fuit acceptatū fideicōmissum talis acceptatio tanqꝫ facta ab eo qui credebat se necessariū heredem ex quo erat hr̄s tedaldi nō valeret: tn̄ dico ꝙ ex aliis actibus ꝓbaƺ acceptatio. Nā si sciebāt tedaldū acceptasse fideicōmissū igiƺ qn̄ adiuerƺ hereditatē tedaldi quā sciebat se non posse habere sine fideicōmisso cēseƺ etiā tūc acceptasse dictum fideicōmissum argu. l. si duo alleg. per quā ita concludit bar. in. d. l. gerit in. q. allega. rn̄dendo ad. l. is qui putat. facit qꝛ qui vult cōsequēs cēseƺ velle omnia necessaria ad illud consequens. l. ad rē legatā ꝛ. l. ad rem mobi. ff. de ꝓcurato. ꝛ per Bar. plene in. l. ambiciosa. ff. de decre. ab ordi. faci. ꝛ quāto magis sciebant vel credebant tedaldū acceptasse tanto magis inducitur acceptatio ex quo magis sciebant illud esse necessariū cōsequēs ad acceptationē. Preterea etiā alia via hoc ostendiƺ. nā isti sciētes acceptationē tedaldi primo adiuerūt hereditatē tedaldi. secūdo acceptarūt fideicō. tertio fideicō. petierūt ꝛ voluerūt acceptationē fideicōmissi valere oī meliori modo. Ex qb⁹ colligo duo. Primū ꝙ semꝑ habuerūt animū retinēdi fideicōmissū q animus magis ꝓbatur qn̄ magis opinabanƺ vel credebāt acceptatū fuisse per tedaldū

2 Sed † animus retinēdi vel cōtinuādi si nō pōt operari retentioneƺ ꝛ cōtinuationē operaƺ nouā acquisitionē: vt ad plenū declarat bar to. in. l. iii. in prin. ff. de acqui. pos. ꝛ Bar. in. d. l. gerit in. q. p̄alleg. Unde aut dicimus probari acceptationem ꝛ tunc satis est. Aut nō ꝛ tunc licet non probetur animus acceptandi de nouo: sed retinēdi. Tamen operatur nouam acceptationem. ¶ Secundum

3 † qđ ex premissis colligitur est qđ licet dicti heredes tedaldi crederēt se esse heredes necessarios ex fideicōmisso tn̄ de aīo ipso cōstat p premissa ꝙ etiā si nō fuissent necessarii seu non sciuissent seu credidissent se necessarios Tamē volebāt omnino fieri heredes ex fideicōmisso Unde talis necessitas nō tollit quominus omni casu habeam⁹ voluntatē: ꝛ sic inducaƺ acceptatio: ita est de mēte Barto. in. d. l. gerit dum allegat. d. l. siqs extraneus. §. siqs partē. ff. de acq. here. ꝛ. l. ex se misse ꝛ qđ ibi no. eo. ti. Secus autē est qn̄ quis credēs se necessariū adit nec constat ꝙ in omnē euentū etiā si sciret se volūtariū fuisset aditurus qꝛ tunc si est voluntarius nō valet aditio qꝛ nō sumus in certi an omni casu acceptasset hereditatē. ꝛ ita ꝓcedit. d. l. is qui putat ꝛ sunt ista vt dixi aperte de intentione Bar. in. d. l. gerit in questione supra allegata. Postremo

4 † etiā alia via tolliƺ obiectio. Nā licet sint opiniones an an̄ acceptationē fideicōmissum transmittaƺ ꝛ cōmunis opinio sit ꝙ sic etiaƺ ante aditā hereditatē dummodo fideicōmissum sit purum vel purificatū prout late declarāt Bar. ꝛ docto. in. l. cū filio. ff. de leg. j. Tamen post acceptationē fideicōmissi omnes tenēt ꝙ trāsmittatur. vt tradiƺ in. d. l. cū filio per Bar. ꝛ alios. ¶ Ex quo primo infero ꝙ lƺ fuisset acceptatum fideicōmissuƺ per tedaldum Tamē ex quo erat fideicōmissuƺ vniuersale nō erat quesitum dominiū eius heredibus nec fuit quesitū sibi an̄ restitutionem. l. mulier. §. si. ff. ad trebel. ꝛ per Bar. in. l. j. ad finē. ff. de leg. j. Et per consequens fideicōmissum acceptatū ex iure transmissionis fuit ad heredes trāsmissum. ¶ Secūdo infero ꝙ cuƺ adhuc fideicōmissum seu dominiū nō esset quesitum potuit de nouo acceptari ex iure trāsmisso ab herede ꝛ causa multiplicari virtute noue acceptationis facte ab eo tanqꝫ ab herede ex iure trāsmisso. Naƺ licet qn̄

5 † plures cause tendunt ad acquirendū dominiū post dn̄ium quesitū nō possunt multiplicari vt est cas⁹ in. l. iii. §. ex plurimis. ff. de acq. pos. Tamē an̄ quesitū dn̄iū pn̄t cāe multiplicari: ꝛ pn̄t simul eodē tēpore cōcurrere in acquisitione dominiī. casus est in. l. verbis. ff. ad. l. fal. ꝛ in. §. qđ si in diez. insti. de legatis. ꝛ declarat bar. in. d. §. ex plurimis in tertia col. versi. ꝛ ad illud oppo. Unde in ꝓposito. Si dominium fuisset quesitū tedaldo non potuisset de nouo acceptari ex iure trāsmisso. Sed qꝛ nō erat quesitū dn̄ium licet debereƺ virtute acceptationis defuncti. Tamē potuit etiā deberi virtute acceptationis heredis ex iure transmisso: ex quo in adeptione fideicōmissi postea ambe cause possunt in dominiī acquisitione cōcurrere. Ita probat tex. vbi videƺ casus in dicto. §. ex plurib⁹ vbi licet defuncto sit quesita res aliquo titulo particulari ex quo nō fuit trāslatū dominiū: ꝛ sic heres eodē titulo possidere possit: Tamē poterit vt heres eandē rem possidere. Et sic ex duplici causa. Igiƺ licet tedaldus acceptasset. Tamē ex quo nō fuit quesitū dominiū pōt habere titulo fideicōmissi propter acceptationē Tedaldi rem velle ꝛ etiā propter acceptationē suaƺ ex iure transmisso tanquā heres. Et ista est vtilitas multiplicationis causarū quā ponderāt doc. qꝛ si actor deficit in vna pōt se in alia fundare vt declarant doc. maxime moder. in. d. §. ex plurimis. Et ex premissis colliguƺ duo quātum ad ꝓpositum nostrū. ¶ Primū est ꝙ lƺ in acceptatione fideicōmissi dicanƺ scientes illud per tedaldū acceptatū. Tamen talis scientia non tollit quominus potuerit etiā valide acceptari ex iure trāsmisso. Naƺ sicut si fuissent bona acquisita ꝛ nō dn̄ium licet possiderenƺ titulo fideicōmissi posset etiā titulo hr̄ditario possidere vt in. d. §. ex pluribus ita pōt titulo hereditario acceptare iterū ex iure transmisso qꝛ nō est dare rationē differentie ergo idē est ius. l. illud. ff. ad. l. aql. ꝛ. l. titio. ff. de fur. cū simi. vulgaribus. ¶ Secundū est ꝙ manifesta est differentia an hereditas iure directo fuisset delata tedaldo quo casu merito potuisset de aditione secūda dubitari quando dubitaretur seu crederet ꝙ tedaldus acceptasset: qꝛ si fuisset acceptata nō potuisset iterū acceptari ex quo sola actione fuisset dn̄ium quesituƺ l. cū heredes. ff. de acqui. pos. per regulā. d. §. ex plurimis: ꝛ casuƺ nostrum in quo fuit delata per fideicōmissum quo casu sola acceptatione nō fuit dn̄ium translatum. Et sic vt hr̄des de nouo potuerūt ex iure trāsmisso acceptare. Et per consequens scientia acceptationis tedaldi nō habebat impedire validitatē acceptationis heredū suoruƺ. Et sic possunt ex ea obtinere nō ꝓbata prima acceptatione facit illō vulgare qꝛ paria sunt nō esse ꝛ nō apparere. l. si in emptione. ff. de contrahē. emptio. ꝛ. l. duo sunt titiī. ff. de te. tute. cū simili.

6 Non obmitto † ꝙ licet heredes tedaldi dixerint se scire tedaldum acceptasse: tamē nō debent intelligi de dicta vera scientia. Sed de vehementi opinione secundum subiectā materiā vt in. l. cū quidam §. ꝙ dicitur. ff. de acqui. here. ꝛ no. Bar. in. l. is pōt in octaua col. ff. eo. titu. versic. venio ad alias qualitates. Unde si intelligemus de vehemēti opinione ꝛ credulitate. Tunc sumus in terminis opinionis Bar. cōmuniter approbatƺ. i. d. l. gerit. Et nō pōt dici ꝙ aliud sit qn̄ quis scit ꝛ aliud qn̄ credit ꝛ opinatur qꝛ si ex eo ꝙ sciebāt acceptatio esset nulla que foret valida iudicāda si ita opinati fuissent intelligi debet acceptatio de vehementi opinione vt actus valeat l. quotƺ. ff. de re. dub. ꝛ. l. miles qui destinauerat. ff. de re milita. Ex quibus ꝛ aliis supra adductis taƺ in hoc quā in aliis dubiis de subscriptione requisitus prout per eos conclusum est arbitror iuris esse. Laus Deo.

FINIS

¶ Expliciunt consilia excellentissimi iuris vtriusqꝫ interpretis domini Bartolomei Sozini Senensis. Impressa Lugduni per Joannem moylin al's de cambray. Anno domini. 1525. die. 2. Maii.

¶ Tabula huius quarti voluminis

consiliorum excelsi. J. U. luminis. Domini Bartolomei sozini senensis nuperrime adinuenti quotata pro faciliori inuētione in eo notatorū per numeros. ⁊ numerum cartarum.

De litera A

Tabula.

De litera. B

Bannitus ꝙ si ex forma statuti ad hoc vt aliquis banniri possit requiritur qđ ipse vel alius pro eo citeṫ vt veniat: ꝛ iudex simpliciter citat ꝛ ꝯtatus non cōparet tunc erit bānitus ꝛ forma dicetur

¶ De litera D

Decretum

De litera E

Fictio an

Heres

¶ De litera I

Tabula.

Mala fides.

De litera M

De litera N

Tabula.

Tabula.

¶ De litera S

Tabula.

¶De litera V

FINIS

Registrum huius operis.A.B.C.D.E.F.G.H.I.K.L.M N.O.P.Q.R.S.Oẽs sunt quaterni ꝑter Q.R.S.q sunt terni.


colorchecker CLASSIC
calibrite
mm